



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Capita Pietatis Christianæ, Interrogationibus Et
Responsionibus vsitatis in Catechetica Methodo ita
explicata, vt breuem sed integram hypotyposin doctrinæ
purioris complectantur**

Ferinarius, Johannes

Magdeburgi

VD16 W 3078

Secvndvs Articvlvs Symboli.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36195

Sed ideo nihil placet in homine non renato, & persona non placet.

SECUNDVS ARTICVLVS SYMBOLI

Et in Iesum Christum, Filium &c.

Quæ est doctrina 2. Articuli:

Secundus Articulus concionatur de Filij Dei, & beneficijs eius, Docet, Dominum Iesum Christum, natum ex uirgine Maria, filium Dei unigenitum, natura Deum, & æternum patri, genitum ex essentia patris, & æqualem ab omni æternitate, eumq; certo tempore assumpta natura humana in aluo uirginis, passum, resuscitatum esse, ac ascendisse in cælum, & sedere ad dextram æterni patris, exaltatum in gno & sacerdotio Mediatorem, seu propitiatum, & liberatorem, seu uictorem, ut semper intercedat pro Ecclesia, & assidue sit efficax in Ecclesia, Spiritum sanctum, per uerbum, & sacramentum sit simul Rex, seruans ministerium, & deus Ecclesiam, omnibus temporibus, quam in resurrectione mortuorum, & in nouissimo die iudicabit eterna gloria, iusticia, & leticia, & hostes suos consociet in æternos cruciatum. Sicut

Duo præcipui loci huius

Articuli,

Prior est de persona Filij Dei. Alter de of-
ficio, & beneficijs eius.

Primum est narratio, in qua recitatur confes-
sio, de diuina natura in Filio.

Vocabulum IESVS,

Significat Saluatorem, qui, ut Angelus inter-
pretatur, est illa persona, quæ liberat homines ex
varijis malis, à peccato, morte, & Tyrannide Di-
aboli. Intelligatur autem Saluator, merito, & ef-
ficacia. Ac periti linguæ Hebrææ existimant, uo-
cabulum commodè deduci posse, à nomine Iehoua,
appellatione propria ueri Dei.

Vocabulum CHRISTVS,

Est interpretatio nominis Messie, & signifi-
cat unctum. Nam reges, & Sacerdotes olim un-
ctabantur. Ita Christus, cum sit summus sacerdos,
& Rex Ecclesiæ suæ, est unctus plenitudine Spiri-
tus sancti. Nec unctio tantum significat dignitatem,
uel excellentiam, sed comprehendenda est simul ef-
ficacia. Ornatus est plenitudine diuinitatis, & om-
nium donorum, ut sit efficax in alijs, & ea com-
municet credentibus, Sicut dicitur: unxit te Deus
in oleo lætitiæ, propter consortes tuos.

Unctus æterni læto Spiramine, Patris,
Nate Dei socios ungit, Christe, tuos.

Apellatio FILII,

Testatur

Testatur hanc personam, esse genitam ex substantia eterni Patris. Nominatur autem **FILIUS UNIGENITVS**, ut discernatur à Filij generationis. Ac Filius ab eterno Patre nominatur **πρωτός**, dilectus ex naturali **σὸς**, quia est **ἰσότης** & substantialis imago eterni patris. Renatur Filius nominatur **κρηστίω μέρως**, quia diliguntur misericordia, propter Filium. Intelligatur uocabulum filius, proprie, non per Metaphoram Ariani ueteres, & recentes blasphemè delirantes enim filius unigenitus, id est, non adoptione natura filius, & **ὁμοῦσιος** patri, nec tantum quibusdam donis diuinis.

Ita argumentantur:

Nullus Filius est æqualis patri.

Christus est Filius patris.

Ergo non est æqualis patri.

Respondeo; Nego Maiorem intellectam deitate essentia. Si autem respicitur ordo, uel uoluntaria, dico, ordinem non tollere æqualitatem essentia.

Veteres ante controuersiam, motam ab Ariano sepe faciunt collationem patris, & filij, respectu originis, & ordinis personarum, & sic nominant patrem fontem diuinitatis, & ordine priorum. Vnde prestigiatores fanatici insulse inferunt æqualem essentiam patris, & Filij. Sed quamuis uocabulum est propositio; Filius est essentia, genita ab

patre, Ac magis ueneratur patrem, quam ulla natura creata: tamen inde non sequitur essentiae inaequalitas.

Prudenter autem, & candidè, dicta ueterum accipienda sunt, quia aliqui ex his liberius locuti sunt, tunc, cum nondum prospicerent praestigias Arianas.

Est filius unigenitus.

Ergo cum non sint plures filij, nec plures sunt personae diuinitatis, quam tres.

Iste filius unigenitus, per quem immediate colitur Ecclesia, est, ut Paulus inquit, primo genitus uniuerse creaturae, hoc est, Dominus omnium creaturarum. In hoc filio, Deus se patefacit, & uult in miranda copulatione, diuinæ, & humane naturae, in hoc filio, conspici suum amorem erga genus humanum. Huius filij potestas est supra omnes creaturas. Propter hunc filium omnia sunt condita, & hoc filius, propter collectionem Ecclesiae, immediate seruat hanc naturam rerum, & in ea multa mitigat, lenit, & mutat, propter Ecclesiam.

Quae est significatio, uocabuli

DOMINVS ?

Eadem potentia, & eadem dignitas, comprehenditur in uocabulo Dominus.

1. Quod primum nos conuincit de essentia filij. Apostoli enim respiciunt ad illam appellationem, quae usitate in isto populo tribuebatur son-

batur soli uero Deo, patefacto in uerbo, tradito
Patres, & Prophetas.

Significat IEHOVA, eum, qui est, &
hunc Deum, qui non est numen commentitium
idolum excogitatum imaginatione hominum:
est essentia uiua, intelligens, sapiens, iusta, bene
exaudiens credentes, & iudicans, ac destruens
pios.

Hoc nomen Christo etiam tribuitur in
sione Thomæ: Dominus meus, & Deus meus.
tetur enim Thomas, retinens Hebræam
Christum esse illum Dominum, quem uniuersa
eclesia, ab initio inuocauit, & proprio titulo
xit, ab omnibus commentitijs numinibus
rum.

Ita apud Iohannem, dicitur Esaias con
gloriam huius Domini, quem Propheta
nominat IEHOVA. Refertur igitur hoc
monium, inter alia argumenta, testantia de
natura filij.

2. Deinde est Dominus, respectu omni
aturarum, quia ipse est illa persona, in qua
idea sapientie diuinæ, ostense in opere creati
& conseruationis rerum, & in quam omnia
condita, queq; immediate seruat cælum & ter
genus humanum, ministerium Euangelij & Es
siam &c.

Est vero Dominus NOSTER, id est, et si præ-
sens est omnibus creaturis, tamen adest singulari modo
Ecclesie suæ, defendens eam aduersus omnes furores
Diabolorum. Est caput, perficiens omnia in omnibus,
ostendens electis patrem, liberans eos ex paucibus
mortis, interpellans pro illis, ac habitans in eis, vera,
& viuifica præsentia.

Ita DOMINIVM Christi intelligatur de
omnipotentia, in genere, & in specie, de præsentia
propter viuificationem Ecclesie.

Qui conceptus est.

Sequitur historia, de obedientia, merito, & be-
neficijs filij Dei.

Recita congruentes causas copulationis
duarum naturarum in Media-
tore Christo:

1. Totum genus humanum, funditus periisset,
nisi factum esset hoc decretum, de restitutione generis
humani, per filium. Ibi congruebat Redemptorem &
Mediatorem, esse hominem, quia genus humanum pecc-
auerat. Ac erdo iustitiæ erat, ut esset aliqua compen-
satio. Sed misericordiæ est, quod homini imputatur,
sua donatur compensatio & meritum Christi.

2. Ut esset æquiualens præcium, obedientia est
personæ infinitæ. Quia Deus, qui laesus erat, est hor-
R. nura

uum infirmitatem. Ergo congruebat, Mediatorem
natura Deum.

3. Nulla creatura potuisset sustinere hoc, qui
sustinuit Christus, iuxta dictum: Deus ignis con-
mens est. Et: Fecit in eum incurrere peccata omnia
nostrum.

4. Voluit Deus Messiam esse victorem
instauratorem eterne vite, perpetuum regem, ca-
dem, & defensorem Ecclesie, perpetuum Melan-
them, & Sacerdotem, perferentem preces ad aternum
patrem, intelligentem gemitus, & motus cordium
spicientem, & iudicantem peccata aeterni patris.
omnia conueniunt soli nature omnipotenti. Ergo
gruebat Mediatorem esse Deum, & hominem.

Quare λόγος assumit naturam humanam
non pater, non Spiritus sanctus.

Athanasius ait: Congruerat hanc personam
quae proprie est imago aeterni patris, assumere na-
turam humanam, ut per eam restitueretur imago Dei
nobis. Item: Filius est λόγος, illa persona, per quam
patefit totus ordo creationis, & redemptionis homi-
num. Sicut igitur per illam personam, omnia conueniunt
sunt: Ita per eam congruebat fieri restitutionem homi-
nis lapsi.

Item. Filius est λόγος, id est, persona
strans peccata patris.

Ergo officium Mediatoris, congruebat hanc per-
sonae, quae, ut in Iohanne dicitur, loquitur
initio.

Quale est officium Mediatoris Inter
Deum & homines ?

Mediator est persona, inter Deum irascentem peccato, & genus humanum reum peccati & iræ Dei, in arcano consilio diuinitatis, immensa bonitate constituta, ut sit deprecatrix pro lapsis in peccatum, & eternam mortem, & ut in se derluet reatum peccati, & iram Dei aduersus peccatum sitq; propiciator assumpta etiam naturæ humanæ massa, in qua præstet eterno patri obedientiam, satisficientem iusticiæ Dei, persoluta æquivalente compensatione pro peccato. Item, ut omnibus temporibus adsit Ecclesiæ, defendat, doceat, & regat eam, habitet in credentibus, & sit in eis efficax, ac semper intercedat pro Ecclesiâ.

Summus Sacerdos,

Est persona immediate missa à Deo, ut proferat Euangelium, ex arcano sinu æterni patris, ut intercedat pro Ecclesiâ, & ut offerat sacrificium pro genere humano, habens testimonium, quod exaudiatur.

Ista definitio conuenit soli Christo, qui est summus Sacerdos. Nam cæteri dicuntur sacerdotes participatione, Aliqui etiam sacerdotes typici.

Officium Regis in Filio est,

Quod est persona missa à Deo, ut in hac vita colat sibi Ecclesiâ, voce Euangelij, eamq; potenter defendat, & seruet, inter horribiles furores Diabolorum, ac hominum, deniq; resuscitatam ex morte adducat

R 2

ad æterno

ad æternum patrem, & glorificet seu donet æternam gloriam, & vitam.

In his officijs comprehenduntur vocabula, demptor, Liberatoꝝ, Saluator, quibus omnia beneficia sui Dei significanter exprimuntur.

Repetimus hic Regulam supra constitutam:

Discernendæ sunt appellationes proprietatum, vtriusq; naturæ in Christo, appellationibus officij.

Vocabulis PROPRIETATIVM conuenientium diuine nature, significatur infinita sapientia, iusticia, bonitas, potentia, & æternitas.

Nominibus proprietatum conuenientium nature humane, nihil significatur æternum, id est, ærens tan principio quàm fine, nihil etiam simpliciter immensum & infinitum. Proprietas verò, conuenit vni nature, tribuitur alteri in concreto, non in abstracto. Et illa forma loquendi, nominatur communis idiomatum, quæ prorsus excludit physicam conuenientiam naturarum.

Nomina officiorum sunt, quæ respectu missionis ad collectionem & saluationem Ecclesie filio Dei, assumptam humanam naturam, attribuuntur. Illa conueniunt persone, non alteri nature scorsim. Quia factum est decretum, de copulatione duarum naturarum

rum in filio, et persona missa ad saluationem Ecclesie esse Deus, et homo, in qua utraq; natura suas habet actiones.

Concludimus igitur :

Christum esse Mediatorem, Sacerdotem, Regem et Saluatorem secundum utramq; naturam.

Ratio est.

Quia in officio Mediatoris, Sacerdotis, et similibus, comprehenduntur duo respectus : Passio, seu meritum, et efficacia, seu, victoria in suo corpore, et in credentibus, iuxta haec dicta : Ego pono animam meam, pro ouibus meis. Et : Ego vitam aeternam do cis. Ideo scriptura iubet dirigere inuocationem ad hanc personam, quae est Emmanuel, id est, Deus et homo, et est persona mediatrix apud diuinitatem mittentem.

Quare etiam secundum naturam diuinam, Mediator est, iuxta dicta : Venite ad me omnes, qui laboratis, et onerati estis, et ego reficiam vos. Et : Quicquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vos. Semper enim inuocatio, testimonium est diuinitatis.

Contra :

Nemo est Mediator sui ipsius.

Si Christus esset Mediator secundum naturam diuinam, esset Mediator sui ipsius.

Ergo ista propositio : Christus est Mediator, secundum utramq; naturam, est falsa.

R 3 Maior

Maiores est manifesta. Quia Mediator, sicut
consuetudine loquendi, nominatur persona, quae
inter duos discordes, & partem offendentem, vel
cancem, parti laesae, vel offensa, placat. Minor est
Filius est simul pars laesa, quia homo peccauit in
diuinitatem.

Respondeo. Ad maiorem per distinctionem
modo est Mediator sui ipsius, scilicet eodem respectu
ubi unica persona est. Diuerso autem respectu
laesus commodè potest intercedere pro alijs. Vt
ei, & socij Iulij, possunt intercedere pro Cicero,
alijs, qui fuerunt hostes.

Minor. In Filio sunt considerandi duo respectus
Quia discerni oportet inter diuinitatem mittentem
filium missum. Vno igitur modo filius consideratur
tanquam pars offensa, & tanquam persona, minor
vnde cum patre, & Spiritu sancto. Alio modo consi-
deratur tanquam Mediator, id est, in quantum per
missa, quae in sese deriuauit iram Dei, aduersus
peccata, & genus humanum reconciliauit cum Deo.
Filius in quantum missus, est Mediator & sacerdos.

2.

Christus Mediator nominatur agnus.

Agnus est nomen conueniens soli naturae
humanae, quia agnus mactatur.

Ergo secundum solam naturam humanam,
Christus est Mediator.

Respondeo. Est fallacia diuisionis. Christus est
nominatur

nominatur agnus Dei, tollens peccata mundi. Ergo sic mactatur & patitur, ut diuina potentia vincat, & conterat caput serpentis. Ita comprehenditur uterq; respectus, passio, seu meritum, & victoria, seu efficacia, complectens applicationem meriti, & exhibitionem beneficiorum Euangelij.

Ad Minorem: Nomen agni, tollentis peccata mundi, conuenit toti personæ, non alteri tantum nature. Quia sola natura humana, nec fuffet precium sufficiens, nec potuisset sustinere mactationem, nec delere peccata, & reddere æternam vitam.

3.

Ad Timotheum manifestè dicitur:

Vnus Mediator Dei, & hominum, homo Christus Iesus.

Ergo Christus est Mediator, secundum naturam humanam tantum.

Respondeo. Nego consequentiam, & ratio est, Quia antecedens non loquitur in abstracto, sed significat veramq; naturam in concreto. Nec excludit diuinam naturam nomen Christus, cum sit personæ nomen, in qua sunt due nature. Ita alibi dicitur: Filius hominis venit saluare, quod perierat. Saluatio vero non est opus solius nature humanæ.

4.

Precium redemptionis consistit in effusione sanguinis, in xia dictum: Iustificati sanguine eius.

Sola natura humana effudit sanguinem.

Ergo sola natura humana est mediatrix.

Respondeo ad Maiorem: Tota humilitas, & obedientia personæ Christi, est precium confessionis, & effusione sanguinis. Quia sanguis, visitata personæ, & personæ, complectitur obedientiam, quam Christus in nomine patri, toto tempore humiliationis præstitit. Sanguis Christi mundat nos ab omnibus peccatis, id est, meritum obedientiæ in hac persona suo sacrificio placet patri æterni patris. Certe sola laceratio naturæ humanæ, non esset æquiualens precium redemptionis.

S.

Nomina significantia infirmitatem naturæ humanæ, & mutationem conditionis, vel status, ante glorificationem, non conueniunt naturæ diuinæ.

Nomen Mediatoris significat infirmitatem, & infirmitatem Christi patientis, ut, pauores, dolores, & mortificationem, Item, mutationem huius conditionis, seu status in resurrectione, glorificatione, & exaltatione.

Ergo nomen Mediatoris non potest conuenire naturæ diuinæ, quæ nec infirma est, nec mutatur.

Respondeo. In Minore est insufficiens enumeratio. Quia officium Mediatoris, non tantum significat infirmitatem seu passionem, & mutationem conditionis,

seu status præcedentis glorificationem, seu liberationem ex morte. Sed comprehendit etiam intercessionem perpetuam filij, à principio Ecclesiæ, usque ad finem, & applicationem meritum, ac efficaciam diuinam in viuificatione credentium.

Non igitur in hac disputatione tantum est λόγος μωχία, sed de re graui, & ardua certamen est. Qui officium Mediatoris in Christo, restringunt tantum ad tempus humiliationis, hi somniant Christum tantum ideo assumpsisse naturam humanam, ut actiones istius persone, essent nobiliores, vel alacriores, aut, sicut recentiores loquuntur, ut sustentaretur humana massa, in passione, & morte.

Ita delctur totus Articulus, de persona, & de beneficijs filij, & callidè instaurantur errores Nestoriani, Samosatениci, ac Iudaici. Proponitur enim Christus, tanquam excellens Doctor, cui diuinitas affuerit, non unita unione hypostatica, sed tantum, ut socia, & auxiliatrix, sustentans naturam humanam, in passione, prout sicut Laurentius inter suos cruciatus à Deo sustentatur.

Nos opponimus: Primum hoc, Quod assumpta est natura humana à Filio, non tantum, ut ipse sit sustentator precij, & nihil agat ad redemptionem: Sed ut cum dicatur, humiliatus esse filius λόγος, ac quiescisse, intelligamus, ipsum voluisse hanc obedientiam, adeoque non exeruisse suam potentiã, in sui defensionem, Et hanc obedientiam τῷ λόγῳ verè pertinere ad officium

cium Mediatoris. Ita dicitur: Sic Deus dilexit mundum, et filium suum unigenitum daret. Item: Propter Filio suo non peperit Deus. Et: Dominum gloria circumfixerunt. Et: Descendit de caelo, propter nostram salutem. Nam tota persona Filij, est precium Redemptionis.

Deinde arguimus hoc: Quod nomine Mediatoris certum est comprehendere plures actiones, quarum exercerentur immediate, per humanam naturam, ut: Passio, mors, Alia per diuinam, et: uiuificatio.

Volumus & hoc considerari, Quod meritum obedientiae, est certi temporis, sed applicatio illius, & efficacia, est omnium temporum, ante, post natiuitatem ex uirgine. Orat Filius pro se, inde usque ab initio, ut in Psalmo dicitur: Postulauit & dabo tibi gentes hereditatem. Ita dicitur: Agnoscit mactatus est a principio mundi. Et: Abrahamus cognouit diem meum. Item: Aspicient in me, quem cognouerunt. Item: Biberunt omnes ex petra spiritali. In terra autem erat Christus.

Et tota uetus Ecclesia, ad hunc Dominum deum inuocationem, tanquam ad Mediatorem. Ut dicitur: Ipse est Deus tuus, & adorabis eum. In tempore stabit pro filiis populi sui magnus dux Michael. In caelo habent eum I E H O U A, iusticia nostra. Tu es Sacerdos in aeternum, secundum ordinem Melchizedech, sacerdos, scilicet, benedicens, offerens, pro electis obedientiam suam, intercedens pro illis, & communicans se

Ordinatur autem missio Filij, a patre facta propter

promissionis, de reconciliatione generis humani, cum Deo. Ab eo tempore continuo sibi collegit Ecclesiam, voce promissionis, intercessit pro credentibus, & in eis fuit efficax. Et durabit hoc regnum Christi, usque ad resurrectionem generis humani. Tunc tradet regnum eterno Patri, & inchoabitur alius modus regni.

Nos igitur agnoscimus, nobis constitutum esse Mediatorem, Redemptorem, Salvatorem, Summum Sacerdotem, & Regem, Christum, Deum, & hominem, & nostram invocationem dirigimus, non tantum ad naturam humanam, sed ad personam, quæ est Deus, & homo. Cum recitamus hoc dictum: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos, intelligimus, eum esse Mediatorem, secundum diuinam, & humanam naturam. Reficit enim, non solum quia patitur, sed etiam, quia conculcat caput serpentis, & vincit mortem in suo corpore, & in nobis.

In narratione Symboli de assumptione naturæ humanæ, iuniores considerent admonitiones Grammaticas, & Historicas.

Quid significat vocabulum MARIA?

Quidam interpretati sunt, amaritudinem dierum, & indicant, hoc nomen attributum Mariæ virgini, propter mœsticiam, & ærumnas illius ætatis, cum omnes piæ familie essent in graui dolore, propter calamitas.

calamitates Politicas, & confusiones dogmatum in ecclesia. Concinnius verò est, deducere vocabulum altero nomine Miriam, quod significat doctrinam puli. Et ita appellata fuit. soror Moysis, quia frater intrix fratris, in munere docendi, & gubernandi sicut Heroica Fœmina Pulcheria, apud fratrem Moysen secundum.

Maria verò significat Ecclesiam, Ecclesia est mater &ATRIX populorum. Huius Magistræ vocem omnes debent audire oportet, sicut dicitur: Nisi vitula mea fuerit, non inuenissetis. Discedens a voce doctrinæ ueritate in Ecclesia, aberrat a vero Deo.

Qui fuerunt parentes Mariæ virginis ?

Eli, qui alio nomine fuit appellatus Ioachim, Anna. Annæ soror fuit Elizabeth, mater Baptistæ. Ergo Elizabeth fuit matertera magna, id est mater matris Christi. Sæpe igitur, & multum fuerunt adulescentuli, Christus, & Iohannes Baptista, postquam tempore festiuitatum, in urbe Hierosolymorum.

Ioseph, sponsus Mariæ, fuit natus ex Ioseph fratre Ioachim, & habuit sororem Salomen, mulierem ingeniosam, & industriam, quæ ex Zebulon peperit Iohannem Euangelistam, & Iacobum, qui dicitur maior, cuius recordatio uisitata in Iulio celebratur. Isti fuerunt Amitini Christi, si uidelicet loquamur de communi consuetudine, quæ Ioseph nominabat

Christi. Ideo Salome his proximis agnatis Christi, ro-
 lebat impetrare successionem in regno Mesſie.

Soror Marię virginis, fuit altera Maria, quę
 nominatur Maria Cleophae. Iſta primum nupta fuit
 Alphęo, ex quo ſuſcepit Iacobum, quem nominant
 Minor em, cuius recordatio calendis Maij vſitate cele-
 bratur, Et fuit Episcopus Hieroſolymę, cuius fit men-
 tio in Actis.

Mortuo Alphęo hæc Maria nupsit Cleopę, fratri
 Joſeph. Cleopas nomen mutilatum eſt. Dicitur quaſi
 Cleopatros. Iſte vna cum Luca diſputavit cum Chris-
 ſto in via ad Emauntem, poſt reſurrectionem, et ge-
 nuit Simeonem, qui electus eſt in Episcopum Hieroſo-
 lymę, poſt necem fratris, et ſub Traiano, anno ætatis
 120. cruci affixus eſt. Iſti duo fratres vterini, ſunt con-
 ſobrini Chriſti, et proximi cognati eius, ſecundũ carnẽ.

Incidit ætas parentum Marię, et ipſius virginis
 infantia, in triſtiſſima tempora. Impendebat finis illius
 Politicę. Ideo forma ſtatus publici, erat ſqualidiſſima,
 et plena tumultuum. Herodes crudelibus lanienis,
 deleuerat poſteritatem Machabęorum, et graſſabatur
 magna ſeuitia in ciues. Suſtulerat præcipuum ſenas-
 tum illius populi. Trucidauerat agmen ſcholæſticum,
 et coetus docentium, et diſcentium diſſipauerat. Ipſe
 erat homo profanus, qui omnes religiones deridebat.
 Hieroſolymę ingrediebatur in templum, vt populum
 ea ſimulatione melius contineret in officio. Romę
 proceſſit in Capitolium, ad ſacrificia Ethnica.

In Eccleſ

In Ecclesia dominabantur Pharisei, & Sadducei, homines Epicurei, & Impij, qui doctrinam Legum, & Euangelij opprefferant, & palam propagabant opiniones contumeliosas in Deum.

In tota regione passim vagabantur exercituum, qui titulum militum assumpserant, eorum ex gentibus nequissimis, & crudelissimis. Erant enim Arabes, Aegyptij, Parthi, Romani, Iudaei, Scythae, & similes. Interea familiae piorum horum exulabant. Stirps regia Davidis, erat oppressa, & extorris. Habitabant in Galilea, in oppidis desertis. In illis casis, & tugurijs, ardente bello, & incerto, tota vicinia, educabantur Mariae virginis, & aliae puellae, forma, & pietate praestantes, & tamen habuerunt a Deo defensionem.

In illis familijs, conseruata fuit lux vera de Deo, de Filio Dei, de Lege, de gratia, de ueritate, Et membra illius coetus, fuerunt Zachariae, & Elisabethae, parentes Mariae, Ioseph, & multi alij. Magna tamen fuerunt pericula, & angustiae, sicut Maria cum Filio infante, ut eam profecta est, Et Elisabeth Baptistam in altera parte Iordanis, eodem tempore, ut effugeret seuitiam Herodis, exportasse scribitur, & tandem ipse Zacharias propter confessionem de Messia, trucidatus est.

Illud tristissimum tempus, fuit imago ultimarum rerum mundi, ubi etiam inter horribiles confessiones, & confusiones, & furores doctorum, & populi, tamen, & sig-

scribitur aliqua Ecclesia, custos uerae agnitionis, & in uocationis Dei.

Quo die est conceptus CHRIVSVS?

Multa admiranda opera Dei, edita in genere humano, & in Ecclesia, referuntur ad 25. diem Martij.

Quia enim tempore uerno, moriturus erat Filius Dei in cruce, Ideo multa miranda facta, in illam partem anni incidunt, & illud tempus Deus uoluit illustrari singularibus ceremonijs, & festiuitatibus, quae essent typi beneficiorum Christi.

20. die Martij, scribitur esse conditus Mundus, & hoc anno 1571. secundum usitatam supputationem, numerantur anni à creatione 5533. completi. Die 25. Martij, creati sunt Adam, & Eua. Consentaneum est, sub initium ueris, Abel esse interfectum, & Isaac ductum esse ad oblationem, qui fuerunt typi Christi.

Baptista etiam circa Pascha trucidatus est. Eodem die 25. Martij, Filius ð λόγος, mirando scedere natura humanam, in alio uirginis assumpsit. Eodem die ante annos 1537. in cruce pro nobis uictima factus est.

Non est igitur dubium, Ecclesiam ab initio, etiam ante constitutionem Politiam Israël, eo ueris tempore, proposuisse doctrinam, de redemptione generis humani, in publicis congressibus, cum maiore intentione cogitantam. Et postea in populo Israël, additi sunt ritus, de oblatione agni, qui erant $\mu\upsilon\mu\omicron\sigma\omega\alpha$ rei praeteris, & signa rei futurae, efficienda per missam.

Quot

Quoto anno mundi, natus est
CHRISTVS?

Vsitate scribitur, Christus natus esse, anno mundi 3963. Qui annos Regum Israel, paulo antea numerant, nominant annum 3969. Ita, filii Israel inchoantur à distributione terræ, & agrorum, primus annus prædicationis Christi, incidit in anno mundi 4000. qui fuit Iubilæus magnus, cuius mentio à Christo, enarrante concionem Esaiæ, congruunt exactè, ad distributionem annorum monstratur in dicto Eliæ.

Nascitur verò Christus, in fine Politie Iudææ secundum prædictionem Iacob: Non auferentur pedes eius de Iuda, nec Magister à pedibus eius, donec niet Silo. Fuit is 42. annus Imperij Augusti, & Herodis Regis peregrini.

Iuniores discant distinguere Herodem eius posteritatem, cuius sit mentio in historia sacra,

Herodes magnus, filius Antipatri Idumæi Rex totius Iudææ, beneficio Augusti, & Antipatri successerunt tres filij, qui non adepti sunt regnum, ab Imperatore. Archelaus tenuit regnum annos 9. sub quo Christus puer ex Aegypto in Iudæam rediit. Nominatus est Ethmarcha, Princeps superioris Iudææ, sub postea dicti sunt Exarchi.

Herodes Antipas, qui interfecit Baptistam Galilæum,

Galileam, & nominatus est Tetrarcha, id est, princeps habens in sua gubernatione quatuor ordines, Agricolas, opifices, curiam, & militiam. Vterq; res legatus est propter Tyrannidem, & perfidiam, Archelaus ab Augusto, Antipas à Caligula. Herodias etiam cum marito cincta est in exilium, cum saltatrix filia prius in vndis periisset.

Tertius filius Herodis Philippus, tenuit Ituræam, siue Trachonitida. Vocabulum significat terram confragosam, asperam, seu scopulosam. Huius uxorem ad se traduxit frater Antipas.

Tertius Herodes nominatur in Actis Agrippa. Fuit nepos Herodis Magni, filius Aristobuli, quem pater interfecit. Iste fuit Rex Iudææ, Samariæ, & Galilææ, potens, & gratus Caligulæ, & Claudio Cæsari-ribus. Et interfecit Iacobum, Filium Zebedæi, & Salomes, & postea ipse statim poenas dedit seuitiæ, vt est in Actis cap. 12.

Quartus Herodes est Agrippa, filius prioris Agrippæ, coram quo causam dixit Paulus Act. 25. Non tenuit totam Iudæam, cum Romani metuerent tumultus, & seditiones, sed aliquas ciuitates, & habuit nomen regium. Huius tempore Hierosolyma deleta est.

Angelus venit ad Mariam, in Nazareth, oppidum Galilææ.

GALILÆA, significat regionem limitaneam, quia ibi fuit limes terræ Israëlitiæ, versus Boream.

S

NAZA

NAZARETH, significat surculum. In
proditurum erat viuificum germen, & surculum
missus Ecclesie ab initio. Oppidum distat a Hiero-
lyma versus Arcton, miliaribus fere 19. Tantum
um itineris Maria confecit pedibus, cum inuiscra-
natam suam Elizabet, & postea saepe ex eodem
cum filio Christo profecta est, ad festa iustitiae
solyman.

**Historia natiuitatis, nota sit
iunioribus.**

**Nascitur Christus in Bethlehem, secundum
dictionem Prophetarum.**

BETHLEHEM, significat domum, quia
ibi fuit maior agrorum bonitas, quam in
propinquiore Hierosolyma. Distat ab urbe vno
magno.

In narratione fit mentio de censu. Ibi recitan-
tuntur verba. Non hoc dicitur: Censum pertinere
Mariam: Sed Ioseph ascendisse cum Maria
sua.

Census,

Erāt conscriptio virorum, & facultatum,
Imperio sciretur, unde milites sumi possent, &
exercitus alii possent. Ioseph autem coniugem
& quam sciebat parituram diuinitus, non voluit
quere solam domi, Sed eam vna duxit, ad locum
suis, ut puerperae necessaria officia prestare possent.
Spiritus sanctus, propter praedictionem in Michae-
ptam, pectus eius mouit.

Ex ista historia ducitur,

Argumentum, quod perspicue refutat insa-
niam Iudæorum, expectantium
alium Messiam:

Necesse erat Messiam nasci, stante illa politia,
stante Bethlehem, & stante secundo templo,
in quo erat concionaturus.

Politia Israël, Bethlehem, & secundū Templum,
deleta sunt ante annos penè 1500.

Ergo necesse est venisse Messiam.

Maria, mater Christi, vixit annos 59. Vidit initia,
& incrementa Ecclesie, post ascensionem Domini,
fuit spectatrix suppliciorum in Martyrijs sanctorum,
vidit multa ingentia miracula, & consilijs suis rexit
Apostolos. Decessit tempore Claudij, quo, ut Clemens
scribit, etiā vxor Petri, affecta est supplicio, quam ma-
ritus confirmavit, & iussit eam recordari Domini.

NUNC de doctrina Articulorum, de assumptio-
ne naturæ humanæ, dicendum est.

Quæ est sententia Propositionis: CHRIS-
TUS conceptus est ex Spiritu
sancto.

Est confessio de natura humana Christi, formata
in alio virginis, ministerio Spiritus sancti, quam
filius æterni patris, copulavit unione
Hypostatica, & fœdere indissolubili, ut sint unam
ὕψιστος ἄριστος, λόγος & assumpta ex virgine massa,

virg; hanc massam sibi unitam λόγος in omni
nitate gester, sustentet, suoq; Spiritu viuificet,
niq; ut, iuxta Paulum, habitet in Christo omnis
tudo diuinitatis εωραζήσῃ.

In Luca Angelus hoc mirandum opus describit
his verbis: Spiritus sanctus superueniet in te, et
altissimi obumbrabit tibi. Ideo sanctum, quod na-
tur ex te, vocabitur Filius Dei. Et in Mattheo
dicit. Quod natum est in ca, est ex Spiritu sancto.
Hec verba reuenter aspiciantur, et freuenter
lantia, et curiositas, indulgens fanaticis, et
cogitationibus.

Totum opus Redemptionis, immediate efficitur
per filium, qui in arcano consilio diuinitatis, et
stitutus Mediator, Et simul a patre, et filio, et
Spiritus sanctus, et sanctificet hanc massam, quae
sumit ex virgine et in virgine sibi unita λόγος
eternus eterno patri. Ipse Filius λόγος, sibi hoc
plum extruit, ut tota vetustas loquitur: Sed in
niente obumbratione, et sanctificatione Spiritus
cti, sine vno contactu virili, et sine vlla accessione
rulis feminis.

Vmbra, & Obumbratio,

Vsitata phrasi scripturae, significat consolationem
et protectionem. Mirabili modo Deipara virgo
sustentata a Deo, in effectione horum mirandorum
rum, et actionum, quae acciderunt, supra, et extra
communem ordinem naturae, nec tamen sine intellectu
et sapientia

et sensu aliquo huius admirandae presentiae diuinitatis.

Sit autem in conspectu dictum Haggæi Prophetæ: Adhuc semel, dixit Dominus exercituum, et movebo cælum, et terram, et veniet desideratus cunctis gentibus. Motum fuit cælum, cum λόγος naturam infirmam nostræ carnis sibi copulauit. Nota est terra, quando contra ordinem physicum, virgo concepit ex Spiritu sancto, et verum hominem τὸ λόγῳ personaliter unitum peperit. Ideo dicit Angelus: Propter hanc mirandam copulationem, et quia ibi incomparabile beneficium tribuetur, Sanctum quod nascetur ex te, vocabitur Filius Dei. Ita et in Matthæo dicitur: Massam humanam Christi, esse sine virili semine formatam à Spiritu sancto, ex carne virginis, et sanctificatam.

Quales disputationes hic motæ sunt:

Motæ sunt, nostræ ætate, disputationes curiosæ, periculose, et impiæ de origine, formatione, et substantia naturæ humanæ in Christo, ad quas nos breuiter respondebimus, quia non otile est, animos infirmorum sauciare talibus prestigijs.

Afirmamus has duas propositiones: Naturam humanam Christi, esse formatam ex substantia æterni patris, per Spiritum sanctum, in aluo virginis: Et alteram, que contendit: Naturam assumptam in Christo, non esse creaturam: esse impias. Quia delent doctrinam de

nam de veritate naturæ humanæ Christi, & facti
 diosè constitutæ, ut tegant alium errorem grauiorem

Ita aliqui argumentantur.

Autor conceptionis est pater.

Spiritus sanctus est autor conceptionis Christi.

Ergo est pater Christi.

Respondeo ad Maiorem. Autor conceptionis
 pater, scilicet, in conceptione physica, seu, congrua
 prorsus ad communem propagationis modum. Non
 Christus est conceptus à Spiritu sancto, non ut à pa-
 tre transfundente suam substantiam in id, quod gignit
 ita formante corpus, quod nascitur ex massa virgine
 ut sanctificet eam ab omni labe peccati repurgata.
 Ergo nascitur in virgine Christus nec ex substantia
 æterni Patris, nec ex transfusione substantiæ Spiritus
 sancti, sed ex semine Abraham, id est, carne virginis.
 tota scriptura magno consensu testatur: In seruu
 benedicentur omnes gentes terræ. De fructu v
 tui ponam super sedem tuam. Actuum 2. Ex fr
 lumbarum suorum, sciebat nasciturum Christum
 eundum carnem. Roma. 1. Natus est ex semine Da
 secundum carnem. Rom. 10. Quorum est promissio
 & ex quibus Christus est secundum carnem.

Ita locuta est tota vetustas. Chrysostomus
 Spiritus carnem Christi formauit, non ex nihilo, quod
 non opus fuisset matre virgine, sed ex carne virginis.
 Itেম In assumptione, filius Dei hominẽ suam sibi co

uit. Et Augustinus ait: Magnum Sacramentum, & admirabile mysterium, quod creator mundi voluit esse creatura. Item Leo Episcopus Romanus, qui valde accuratè, de unione duarum naturarum in Christo, locus eius esse iudicatur, dicit: Noua, inaudita coniunctio, Deus qui semper est, & semper erat, fit creatura.

Primi autores huius noui dogmatis,

Hauerunt hæc uenena, ex libris blasphemæ hominis Serueti, & eo plus est periculi, quo pauciores intelligunt, quàm impia contagia hæreant in istis fanaticis prestigijs. Callidè confunduntur naturæ in Christo. λόγος nominatur ipsa natura humana Christi, quam fanatici dicunt fluxisse ex substantia Dei, participatione, aut communicatione aliquarum proprietatum diuinarum, ut tribuant Christo naturam diuinam differentem, seu, distinctam, & diuersam ab essentia patris, atq; adeo passibilem, & mortalem. Sic deleta communicatione Idiomatum, fit confusio physica naturarum, Et statuitur in Christo re ipsa una tantum natura, sed excellentior humana, propter ornamenta quadam diuina.

Postea, ubi hi fanatici procedunt ad Articulum Iustificationis, manifestè se patefaciunt. Natura, inquit, humana in Christo, est deificata, & hinc sequitur etiam iustificationem hominis esse deificationem. Ibi uides, eos tantum loqui de transfusione seu, im-

pressionem donorum, & somnare, Christum nomine
Deum, non quod sit ὁμοῦσιος eterno patri, sed quod
acceperit dona diuina, in ipsum quasi transfusa
qua participatione, seu, communicatione.

Scimus repudiatam esse hanc propositionem
Christus est creatura, propter insidias Arii, qui
tendit, λόγος esse creaturam. Sed hanc: Natura
humana in Christo est creatura, nemo ausus est negare
ex antiquitate sincera. Quia nomen Creatura
comprehendit hic, ἑταίρια, quae sequuta est
lapsus: Sed significat ipsam substantiam, a Deo
ditam ad imaginem Dei, & placentem Deo.

Certe constat naturam humanam Christi esse
sumptam, ex semine patrum, & habere
essentiales proprietates corporis & animae
verè ad ordinem creationis diuinae conueni-
entes, Ideo recte nominatur creatura.

Retinemus igitur regulam, cuius est propositio
veritas: λόγος assumpsit humanam naturam, in-
gram, & incorruptam, corpus, & animam, sine pe-
ccato, habentem proprietates naturales omnes, virtutes
& appetitiones, naturae humanae proprias, & ordi-
tas, Et simul infirmitates, eiusdem naturae, quae sunt
et, sut poene, & non peccata.

Natus ex Maria virgine.

Notum est, veterem fuisse sermonem in Ecclesia
25. diem Decembris, esse fauissimum & latissimum
natus

natum filij Dei, in terra. Is tempore Iulij Caesaris
fuit dies Brumæ, & fuit celebratus a veteri etiam Eco-
clesia, tanquam præcipuum Ecclesiæ festum, et ostensu-
m scripta Prudentij, & aliorum.

Græci appellant hoc festum etiam Θεοφάνεια,
id est, apparitionem Dei in carne.

In historia de nato Christo iuniores com-
monefiunt de tribus doctrinæ
capitibus.

Considerandum est, quis sit ex virgine natus, &
propter quas causas, Item quomodo fiat applicatio be-
neficiorum nati Christi ad nos. Hæc & abbi expli-
cantur, & summæ horum capitum supra recitatae
sunt.

Assumit naturam humanam, secunda persona
divinitatis, quæ est λόγος & imago æterni patris, &
initio protulit Euangelium, ex sinu patris, & in pas-
sione affata est primos parentes, eosq; ex paucioribus
æternæ mortis, edita voce promissionis de semine, eris-
puit, & postea in longi temporis solitudine, & mœstia
cruentibus, visibiliter sæpe erexit, & protexit. Hic ipse Do-
minus, Noë, & Ecclesiam eius, natantem inter undas,
seruavit. Hunc Dominum hospitio excepit Abraham.
Hic Dominus sua manu incendit Sodomam, & incestas
civitates alias. Hæc ipsa persona conspecta est in scala,
luctata cum Iacob. Servavit Ioseph, servavit Moysen,
erexit ex undis, misit eum ad constitutionem Politicæ
S 5 Israel

Israel, gubernauit manus Iosuae, Dauidis, Gedeon
preliantium. Ostendit se Prophetis, conspectus
fornace Babylonica

Idco autem carnem nostri generis assumpta,
Mediator, Redemptor, & Saluator Ecclesie, &
dem saluator merito, & efficata, dans remissionem
peccatorum, & uitam eternam, omnibus, qui
doloribus conscientie, fide ad eum confugerunt,
dictum: Beati omnes, qui confidunt in eo.

Quæ est sententia Hymni
Angelici:

Pueri discant intelligere Hymnum, quem
& casti Angeli, Filio Dei, prodeunti in hunc mundum
cecinerunt, Complectitur enim summam Euar-
omnia beneficia Christi. Cogitent duplex esse chorus.
Est sanctus chorus sonans laudem Deo, cuius membra
res sunt beati Angeli. Est & alia caterua blasphe-
quam regunt Diaboli, hostes Dei, & Ecclesie.

Nos simus socij illius chori, in quo Angelus
Ὁ ἄγγελος. Et sicut Filius sapientia substantia
tus tenera massa nostri corporis, vagit in carnis
oremus Deum, ut nos faciat talia organa, & membra
sericordie, in quibus sapientia coelestis, in hac
giat, ut in nobis accendantur initia illius lucis
pientie, quæ conspicitur in vita futura, in xxi. d.
Ex ore infantium, ac lactentium, perfecisti
dem.

Nato Christo, tribuitur Deo gloria, & gloria

mirando scđere, maximē cernitur, & sapientia Dei, qui omnia condidit in Filium, & immensitas amoris eius, erga genus humanum.

Conspicitur igitur in hoc Filio, qui assumpta natura humana, iam est imago Dei visibilis, sapientia, iusticia, omnipotentia, bonitas, & immensa misericordia Dei.

Ac eadem persona reddit pacem humano generi, quod per & propter eum reconciliatur Deo. Item, propter, & per eam personam efficitur in credentibus similitudo illius imaginis ad quam renouantur, & ut Paulus loquitur, transformantur à claritate in claritatem tanquam à Domini Spiritu.

Sancti copulantur cum Deo, & letantur in Deo, vera eudōxia.

Declaratio vocabulorum consuetudini scholarum & puerilis ætatis captui congruens repetatur ex libellis Dialecticis.

Passus sub Pontio Pilato.

Meritum Christi,

Nominatur non tantum effusio sanguinis, sed universa obedientia, quam æterno patri, toto tempore humilitationis præstitit, inde usq; à natiuitate, & usq; ad resurrectionem suam. Toto hoc tempore, ut in Psalmo dicitur: In via, id est, in vocatione sua, bibit de torrente, gassavit grummas huius vitæ, & suscipuit penas

poenas nostrorum peccatorum. Ideo postea est exaltatus in lucem, beatitudinem, & gloriam diuinam, & omnes creaturas.

Nota sit series temporum.

Anno 15. Tiberij Cæsaris, Christus in Iudæa baptizatus est, à Iohanne Baptista, anno etatis tricesimo. Augustus, remoto, & relegato, Antiochum collocauerat in Iudæam præfides Romanos, & eam in formam prouinciæ. Gubernatorem, Coponius, Marcus, & Amnius Rufus, & deinde misit in Iudæam, Valerium Gratum. Anno 12. Imperij, Iudæam accepit à Cæsare regem Pontius Pilatus, qui multa crudeliter fecit in Iudæa. Trucidauit magna agmina Galileorum, que Iudas quidam seditiosus, & cruorem eorum cum sacrificijs, ut legitur Luca 13. id est, coegit hostes captiuos bibere interfectorum sanguinem. fortassis Pilatus usus est illa seueritate, quia uidebat, motus illos populi, non esse ingratos Herodis, Principi Galilææ, qui, si processissent in Iudæam, sperabat se occupaturum facilius Iudæam. sunt inimicitie ortæ, inter Herodem & Pilatum, passio Christi sopiuit.

Passus est Christus,

Cum esset ingressus annum etatis sue 33. quarto Paschate sue prædicationis.

Sæpe cogitanda sunt uerba Danielis, de septuaginta hebdomadis.

ginta hebdomadibus, quia continent illustrem recitationem beneficiorum Messiae, & refutant blasphemias Iudeorum, qui somniant, venturum esse alium Messiam. Daniel vero indicavit tempus aduentus Messiae, praedixit Christum moriturum, & deinde futurum, ut deleatur tota Politia Iudaica.

70. Hebdomades, sunt anni

490.

Initium computationis istorum annorum sumitur facillime, ab anno secundo Longimani, quo patefacta est propheta, de instauratione urbis, & templi, per Prophetas Zachariam, & Haggæum. Non enim videmus causas, cur debeamus discedere à supputatione Lutheri, & Philippi, aut Prophetas, quorum facta modo mentio est, referre ad etatem, & regnum alterius Darij, qui fuit filius Hystaspis. Nec repudiamus locum, qui est in Iohanne, de interuallo 46. Annorum. Sed à tempore Longimani vsq; ad Baptismum Christi, numerantur anni 485. Tunc incipit ultima hebdomas, in cuius dimidio Christus est publicè concionatus, & complevit sacrificium suum. Finis igitur hebdomadae, incidit in proximam Pentecosten, post resurrectionem Christi. Nam post illud tempus, reiecta politia Iudaica, Ecclesia collecta est promiscuè, ex gentibus, & Iudeis.

Admonitio de formis loquendi.

In historia de passione, & morte Christi, iuniores
rursus

rursus commonefacien di sunt, de formis loquendi-
tatis, & receptis in Ecclesia. Nequaquam utitur
propositione. Diuina natura est passa, uel moritur.
Prorsus omittenda est etiam hæc locutio: Christus
tuus est secundum utranq; naturam. Sermo enim
stolicæ scripturæ & Ecclesiæ, particula secundum
tur tanquam distinctiua, ut cuiuslibet naturæ, spe-
cietates sine ulla physica confusione aut permi-
ue tribuat, iuxta hæc dicta: Natus ex semine
secundum carnem. Secundum carnem re-
Christus.

Tenendum est etiam discrimen inter nomi-
creta, & Abstracta Deus, Homo, Dominus,
Dei, filius hominis sunt nomina persone. Natura
na, natura humana, Diuinitas, Humanitas, sunt
mina, quæ significant alteram naturam, secundum
deratam. Ideo illa uocabula non sunt sophisticè
denda. In concreto recepte sunt propositiones,
patitur, Deus moritur, ex illa forma loquendi
nominatur communicatio Idiomatum. In Abstracto
non sic loquimur: Diuina natura est mortua,
explicatum est.

Sed nunc aliqui Argumentantur

I.

Vita est mortua, iuxta dictum: Vita
moritur.

In CHRISTO, diuina natura est mortua.

Ergo illa est mortua.

Respondeo. Ad Maiorem: Propositio: Vita mortua, intelligenda est per Metalepsin, de persona, Christus autem, uel dator uitae, uel uiuificator, est mortuus, sicut in hoc dicto: Ego sum resurrectio, & uita. Non uero intelligatur altera tantum natura seorsim, quia constitueretur contradictio, in sermone diuino. Nec aliter Synodus Chalcedonensis hanc propositionem esse interpretata.

2.

Dominus gloriae est crucifixus.

Natura diuina in Christo, est dominus gloriae.

Ergo illa est mortua.

Respondeo. Ad Minorem: Dominus uel est nomen officij, uel certe concretum, non abstractum nomen, sicut apparet ex uersu Psalmi: Dixit Dominus Domino meo. Item, ex Articulo Symboli: Iesus Christus est Dominus noster. Ergo uera est Maior, commutatione Idiomatum, & appellatio Domini gloriae, comprehendit personam & officium. Ac execremur errores illorum, qui contendunt, λόγος, uel naturam diuinam, esse passam, & mortuam, quia stabiliunt alia pericula blasphemiarum opinionum, sub hoc praetextu. Nam si in Christo talis est natura diuina, quae pati, & mori potest. Ergo λόγος est colligatus corpori, ita, ut non sit extra corpus, & tantum est illa natura humana, uisibilis, & tangibilis. Item: Non est una, & eadem essentia patris, & Filij. In Propheta dicitur: Ego sum Deus, & non mutor. Maxima autem mutationum est illa.

illa, quæ sit de uita in mortem. Ergo Christo dicitur diuina natura. Fugiamus has blasphemias Iudeas, & Samosatonicas, quas renouarunt Scrituræ post eum Conyza, Gentilis, & alij recentiores trinitarij.

Senel assumpsit $\delta \lambda \gamma$ naturam humanam. Copulauit eam sibi foedere indissolubili, Nam igitur eam reliquit, sed quæuit ad tempus, ut peccatorum mors, in natura humana effici possent. Ideo presentatur Petrus in sua concione, Acto 2. Corporum Christi non poterat manere in morte, quia cum illis uisus erat $\delta \lambda \gamma$, in quo est uita, & qui illam naturam, completo iam opere redemptionis, reuertitur. Nequaquam enim resurrexisset Christus, si diuisa unio, diuine, & humane nature, enim $\lambda \gamma$ immediatè suo corpori reddidisset, iuxta dictum: Ego habeo potestatem ponendi carnem, & rursus eam sumendi.

Diligenter igitur retinenda est phrasologia, & antiquitatis.

Patiente Christo, Deus patitur, hoc est, qui patitur, est natura diuina quiescens, & hanc obedientiam. Ita dicitur: Christum esse in carne. Vbi manifestè distinguuntur nature. Non relictæ est anima eius in inferno, nec caro dedit corruptionem.

Verba Irenæi,

Recitantur à Theodoro: ἡσυχάζοντες, καὶ μὴ τοῖς
 λόγοις ἡμῶν παρεξέειναι, καὶ σαυροῦ, ἢ ἐπιθε-
 νήσιν, συγκινομένους ἢ ἡμῶν ἀνθρώπων ἐν ἡμῶν νι-
 κάμ, ἢ ὑπομένειν, καὶ ἀνίστασθαι: Quiescente λό-
 γω in crucifixione, et morte, presente tamen apud
 humanam naturam, in perferendo, et resurgendo.
 Ita loquitur etiam Athanasius: Cum non esset possi-
 bile, ipsum λόγον mori, corpus, quod mori posset,
 assumpsit.

Memoria quoque dignus est,

Canon, conditus ab an-
 tiquitate:

ἢ τις εἶπη ὅτι ἐν ἡμῶν πᾶσι τὰ σαυροῦ, πῶ
 δὲ ἄλλω ὑπέμεινεν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, θεοτικῶς, καὶ
 σαρκί, καὶ ψυχῇ λογικῇ, ἢ ἢν πορ ἀνέλαβεν
 ἐν τῇ δόξῃ μορφῇ, ὡσπερ εἶπεν ἅγια γραφή,
 ἐκείνος μαῖεω. Si quis dicit, quod in passione cru-
 cis, dolorem sustinuerit Filius Dei, diuinitate, et
 non carne, et anima rationali, quam assumpsit in
 serui forma, ut dixit sancta scriptura, Anathema sit.

Series historiarum, de cruciatibus,
 & morte Christi,

Infigatur menti ex narrationibus Euangeli-
 starum. Nos proponemus tantum quasdam con-
 monitiones, de sermone, et de precipuis rebus.

Quæritur: An CHRISTVS le-
 gitimo tempore comede-
 rit Agnum?

T

Respon-

Respondco: Illo anno dies ueri Paschalis
 25. Martij. CHRISTVS autem comedit
 post solis occasum 24. Martij. Illud tempus per
 ad diem sequentem. Quia Lex Mosaica melior
 em ab occasu solis. Vero igitur die Paschalis
 comedit, & eodem die crucifixus est.

Illa vespera abluuit Christus
 pedes discipulorum.

Ille ritus describit meritum Christi, abluuit
 peccata hominum sanguine suo, & commendat
 studium concordie, dilectionis, & humilitatis.

Tunc est etiam instituta sacra coena.
 Christus orditur longam, & Cygneam sermo-
 nem, docentem de suis beneficijs, de Ecclesie
 ministerio, continentem praedictiones de crucis
 dulcissimas consolationes inter erummas.
 In tertia parte illius concionis, consurrexit Christus
 cum Apostolis, & reliqua stans prolocutus.
 Postea paulo ante agonem tristissimum in
 sublati oculis in caelum, alta uoce Iohan. 11.
 nunciauit suam preceationem, ita, ut clare
 retur ab Apostolis. Isti gestus etiam cogitationes
 sunt, quia significant ardentem motum in
 Christo.

Cogitetur etiam hoc:

Nulla unquam ardentior uox fuit audita
 in caelo, neq; in terra, quam ista precatio Christi.
 Et ista est perpetua uox Filij Dei, quam seruat

initio, statim post editum decretum, de restitutione generis humani, & eandem sonat usq; ad consummationem Ecclesie.

Præcipua membra tria sunt: Petit ut sit Ecclesia, ut Ecclesia sit concors, & ut illi Ecclesie detur ultimum bonum, æterna uita.

Rudiores deinde docendi sunt,

De triplici Meditatione passionis Christi.

Quæ est prima:

Est Pædagogica uel Grammatica, Recitare, audire, cognoscere, meditari historiam, eamq; complecti animo, propter hunc finem, ut exuscitemus nos ad pœnitentiam, & tali meditatione, alatur, & augeatur fides. Hanc diligentiam præcipiunt multa dicta diuine uocis: Sermo Christi habet in uobis. Sis assiduus in lectione. Collectione enim, & meditatione testimoniorum diuinorum, & preccatione, confirmatur fides in homine.

Ad hanc Meditationem, pertinet cogitatio, de causis passionis Christi.

Sic argumentor:

Voluntas hominum congruens cum uoluntate diuina, est bona.

Voluntas Iudeorum, interficientium Christum, congruit cum uoluntate Dei, quia

Deus etiam uult mori filium.

T 2

Ergo

Ergo uoluntas Iudæorum, bona est, & sancta.

Respondeo. Ad Maiorem: Voluntas humanum, congruens cum uoluntate diuina, est, scilicet, congruens in omnibus causis. Postergo Minorem: uoluntas Iudæorum aduersatur uoluntati Dei in omnibus causis. Tantum suscipitur in uno, & eodem obiecto.

Declaro:

Primum in diuinitate,

Causa impulsiva est:

Immensa Dei misericordia temperans et mitigans iusticiam, propter intercessionem filij, enim Deus mortem Filij, ut hæc compensatio fiat iusticie sue, sed mitigata misericordia immenso amore erga genus humanum decreuit, ut hæc compensatio Christi innocenti, sit pro peccatis hominum.

Finalis est,

Vt magnæ parti generis humani, reddatur iusticia, & uita amissa per peccatum.

Deinde, in persona missa, in Filio

Impulsiva est,

Mediatoris uoluntas sese offerens ad prædandam obedientiam æterno Patri, in redemptionem minimum.

Finis est.

Idem, & conformis. Offert se filius ad præ-
 standum sacrificium, quo fiat hostia pro peccato, ut
 aliqua pars generis humani pro quo fit uictima, ex
 fuscibus Diaboli erepta fiat hereditas ipsius, ut in
 Psalmo dicitur, in qua ipse regnet immediate per
 uerbum & Spiritum sanctum, usq; ad resurrectio-
 nem mortuorum.

Materia in qua,

Vel subiectum, est ipsa persona Filij sustinentis
 dolores, in corpore, & anima.

Causa instrumentalis,

Impia, & aberrans à fine Dei sunt Diaboli, im-
 pij Iudei, & alij Satellites Diabolorum, qui cupi-
 unt delere hunc doctorem, arguentem eorum uiti-
 osum cultus, & peccata, & uolunt hac rabie stabilire
 suum hypocritium regnum.

Effectus.

Est placatio iræ Dei, & restitutio iusticie, &
 sanctitatis prioris.

Iuniores etiam discant respondere
 ad argumentum, propositum
 à Nazianzeno:

κατέχοντα debetur λύτρον.

Diabolus κατέχει hominem.

Ergo illi debetur λύτρον.

Respondco. Ex puris particularibus non ne-
 cesse est sequi ueram conclusionem. Nam Regi, uel
 Domino, gerenti legitimum bellum, non latroni, uel
 prædoni,

T 3

prædoni,

prædoni, debetur λύτρον. Minor: Diabolo rap-
 hominem Deo, tanquam latro, & quantum pa-
 abutitur natura humana, tantum ad sua
 propaganda, contra Deum. Illi igitur nihil
 tur, nisi pœna. Ideo Filius & gratis liberat ho-
 nem, à potestate, & Tyrannide Diaboli, &
 latronem abijcit in aternas pœnas. Sed Deo
 lapsum hominem κατέχευε, id est, iustissimè
 & obligat ad pœnam, Filius persoluit λύτρον
 precium redemptionis. Ita respectu Diaboli
 tur: Gratis uenundati estis, gratis redimemini.
 spectu uerò Dei: Filius ponit animam suam
 pro multis.

Secunda Meditatio,

Nominatur Spirituális, pertinens ad exerci-
 uere pœnitentiæ. Et est sermò expanescere agni-
 ne iræ Dei, aduersus peccata hominum, &
 pauoribus, fide intuentem beneficium Christi,
 agnus, tollens peccata mundi, erigi accipere
 itam remissionem peccatorum, & Spiritum
 dum, & iusticiam, & uitam, propter meritum
 filij, qui factus est uictima.

Tertia,

Est exemplaris, ideoq; minus principalis.
 intuetur CHRISTVM, tanquam exemplum
 intelligit, Ecclesiam esse subiectam cruci, &
 primis insignia membra, oportet fieri conformem
 imaginis Filij Dei: Et est imitari uirtutes Christi.

Sanctorum, in passione, inuocationem, fidem, spem, patientiam. Hec tantum salutaris est, quando accedit secunda, quae est praecipua.

Primitus actus passionis,

Continet descriptionem rerum gestarum in horto, ubi considerandus est agoni, & mirabilis luxa Filij Dei.

Rectè discutiantur hae Argumenta:

I.

Repugnans uoluntati Dei, est inobediens Deo.

Christus fugiens mortem, repugnat uoluntati Dei.

Ergo est inobediens Deo.

Respondeo ad Maiorem: Repugnans, scilicet, inordinate seu, cum impatientia & indignatione est inobediens Deo. Minorem nego: Quia Christus non repugnat inordinate, sed sine indignatione ac sine fremitu trepidans sustinet, & patitur illa, quae in ipso sunt.

Declaro:

In Christo primum sunt appetitiones naturales, cibi, potus, sine peccato. Secundo, est dolor, ex laceratione neruorum. Tertio, Est dolor cordis, fugientis destructionem, & sentientis iram Dei. Hi dolores neruorum, & cordis, aliquo modo ad animam quoque penetrant, sicut dicitur: Non quod

T 4

ego uo-

ego uolo. Sed non sunt peccata, uerum tantum
 ciatus patientis Christi, sicut ipsa mors. Et
 unt simul animam dolores, ex sensu ira Dei,
 sus peccata hominum. Voluntas tamen
 in anima retinet firmitatem propositi, & ob
 ad obedientiam. Ita, etsi anima rapitur
 tamen actiue retinet obedientiam.

In omnibus uero alijs hominibus, est repug
 tia actiua cum fremitu. In Saule, & impijs,
 talis, ut sic loquar, repugnantia. In Paulo
 choatio obedientie, quia uoluntas, quatenus
 nata, non repugnat: Sed tamen sunt reliqua
 ris morbi: Christus autem non repugnat actiue
 inordinate, sed tantum patitur & quidem cordi.
 Quatenus enim anima rapitur cum illis
 fugit, & trepidat: Sed anima tamen retinet
 quia se offert ad obedientiam.

Veteres ita dixerunt: Portio superior
 obedientiam, portio inferior, fuit sociata dolori
 corpore. 2.

Minus dolens in passione est fortior,
 Laurentius minus dolet in passione,
 Christus.

Ergo est fortior Christo.

Respondeo ad Maiorem, Minus dolens in
 fione est fortior, ceteris paribus, scilicet, quando
 ipse passiones & cause passionum, seu, afflictio
 pares sunt. Minor: Laurentius non sustinet illas

susinet Christus. Et Christus ideo perfert illa, quæ nec Laurentius, nec ulli alij homines perferre potuissent, ut ipsis parcatur. Nam Laurentius tantum percutitur ab hominibus, sentit dolorem ex ustulatione corporis: Sed intus in anima, sentit præsentiam Dei, consolationem Dei, & initium æternæ uitæ.

CHRISTVS uerò, ut Propheta inquit, percutitur à Deo. Fecit in eum Deus incurrere peccata omnium nostrum. Iacet prostratus coram eterno patre, oppressus ira Dei, quasi se omnium hominum peccatis polluisset.

Et in Christo est duplex dolor in anima. Prior sensissimus, qui oritur ex sensu iræ Dei. Deus enim ignis consumens est. Ipse autem magis intelligit magnitudinem peccati, & iræ Dei, quàm ulli alij homines. Pro istis peccatis est deprecator, & luctatur cum ira Dei, tali modo, qui creaturæ est incomprehensibilis.

Alter dolor est inde, quia præuidet gentem suam interituram esse, & uidet magnam partem generis humani aspernaturam sua beneficia, & uitam in æternum exitium. In illa lucta Christi ceciderunt.

ὄσοι Sanguinis,

Ex cute emanantes in terram. Ita effusio crucis, significat tale onus sustinere hanc personam, quod non esset tolerabile creaturæ.

In tanta consternatione, & inter tantos pa-
res, cordis, & anime, sanguis, & spiritus, fuerunt
reuocati ad cor, tanquam ad centrum. Quia
illa sua instrumenta colligit in arce uite, ad op-
huic ferendam. Postea, sicut in Christo tale re-
heroicum fuit, quale in nullo alio, humores
magna vi effusi sunt ad superficiem. Sicut illi
tus naturales sunt. Nam cor rursus armat ex-
ora membra, ad depulsionem obiecti, quod na-
tur illaturum uim nature.

Tanti autem fuerunt Euripi istorum motus
& tanta agitatio, ut & oscula paruorum uenerunt
que sunt receptacula sanguinis, reserata sunt,
natura languescit, que alioqui sanguinem, ta-
quam thesaurum uite, solet custodire, passa sunt
effluere ex uasis, in terram. Talem resolutionem
& prostrationem nature, homo alius sustinere
potuisset. Effluxerunt enim stille sanguinis
gulati, ex motu, & affatione quadam.

Hoc uero & commune faciat nos aliquo-
do, de causis tantorum dolorum, & cruciatuum
qui uelut ex immenso Oceano exundarunt & effu-
sunt in Christum, gestantem molem iræ Dei,
pœnarum, propter peccata hominum.

Postea considerandæ sunt

Personæ, quæ sunt, aut sociæ
Christi, aut ho-
stes.

Apostoli segniter anguntur lucta, & doloribus Christi, quia adhuc retinent somnia de politico regno, & de mundanis uictorijs Christi. Ideo uincuntur somno, & tandem fugiunt, capto Christo. Ita in Ecclesia multi sunt negligentes, qui non considerant pericula, & rabiem Diaboli, insidiantis Ecclesie.

CHRISTVS autem securitati iubet opponere diligentiam, & precationem. Vigilate, inquit, & orate, ne intretis in tentationem, id est, ne oppriamini tentatione.

Vox : Dormite, & requiescite,

Est obiurgatio ironica. Dolendum est, uos hoc tam tristici, & periculoso tempore, ita esse securos. Ac pingitur imago ultime etatis mundi, que crescentibus periculis, & maxime seuiente Diabolo, seure contemnit iram Dei, aut leuiter afficitur presentibus malis.

Aliqui tamen in Ecclesia, retinent lucem uere doctrine. Intelligunt consilia Dei, & expectant liberationem. Sicut Maria mater, socia fuit dolorum Filij, & constanter fide expectauit liberationem.

Hostes Christi.

Sunt Diaboli, Sacerdotes, proditor Iudas, Magistratus Politicus, & magna pars populi.

Diaboli seuiunt in Christum, odio Dei, ut Deo egre faciant.

Sacer-

Sacerdotes oderunt reprehensionem falsi cultuum. Ideo irascuntur Christo, & pijs doctoribus. Cause sunt superbia, & Auaritia. In precibus cause sunt, odium Diabolicum, cupiditas in dictis, spes potentie, & lucri. Iudas accipit trigentes.

Argenteus,

Est siclus templi, nominatur alio nomine ter argenteus, uel Tetradrachmon, quia ualens quatuor drachmis argenti. Ergo 30. argentei 15. Ioachimici, aut circiter. Tanti, lege Moysi estimabatur seruus, aut mulier. Vir uero estimabatur 50. argenteis. Christus uero à Proprieta nominatur seruus Dei, respectu ipsius habitationis in carne. Ita & Paulus loquitur: Accipiam formam serui, id est, non habuit defensionem, sed iectus infra omnes Angelos, & homines, & fuit inquam ouicula destinata ad mactationem.

Politici Magistratus seruiunt in Christi membra eius, aut, quia metuunt mutationes regnum, & colludunt cum impijs Sacerdotibus, quia illis habent magna commoda, aut, quia sunt in cura ei.

Populus incenditur, aut superstitione, aut cura eo contemptu Dei, aut spe ocij, lucri, & uoluntatis potentum.

Pugna Petri,

Rursus pingit errorem Apostolorum.

Christi, reprimentis Petrum, docet, ministerium non esse potestatem politicam, & confirmatur à Christo efficiunt Magistratus.

Omnis qui accipit gladium,

Scilicet, non datum à legibus, gladio peribit. Hec Lex repetitur in agone Christi, ut moueatur Ecclesia, ne prætenu Euangelij, rapiat Imperia, & ne nemo prætenu religionis, adiuuet seditiosa consilia.

Secundus Actus passionis,

Continet narrationem, de cruciatibus, & contumelijs, quas sustinuit Christus, in domibus Sacerdotum, Annæ, & Caiphæ, per totam noctem. Obseruanda est,

Confessio Christi,

In qua disertè fatetur, se esse Mesian, & esse Filium Dei, & clarè concionatur de resurrectione, & diuina natura.

Non respondet autem Christus ad leuia crimina, aut ubi est manifesta uanitas.

Ministri, & Parasiti Pontificum,

Madunt Christo, uclant illi oculos, & dant illi colaphos. Ita ab hominibus prophanis, assentatoribus impiorum Sacerdotum, offunditur oculis hominum caligo, excogitantur prætexus, & interea in membra Christi horribilis exercetur seuitia.

Lapsus

Lapsus Petri,

Qui ter negauit Christum, primo ad ignem in vestibulo domus Caiphæ, circa medium quando canunt Galli, secundo rursus ad ignem tertio fortè duabus horis ante lucem, circa penitentiolum: Est testimonium de communi infirmitate penitentium.

Deinde, traditur exemplum penitentium ostenditur testimonium, de recipiendis ijs, qui sunt, contra Nouatianos, & Catharos.

Tertio, monstratur discrimen inter negationem Petri, & blasphemias Cain, uel Iudæ, qui rediunt ad penitentiam, sed regnum Diabolus cant esse potentius regno Christi.

Tertius Actus,

Recitat accusationem Christi, & condemnationem apud Magistratum Romanum Petri. Complectitur tempus sex horarum, ab Ortibus usq; ad Meridiem. Sciant iuniores,

Horas veterum fuisse diuersas à nostris,

Nos diem Naturalem, qui constat ex die nocte, diuidimus in 24. horas æquales, & sunt horæ dici artificialis in solstitio æstiuo, & bruma. Sed ueteres quæq; diem, tam brumalem quam solstitialem, solebant distribuere in horarum duodecim inæquales, quia spacia horarum solstitialem, interdum sunt longiora, quam brumalem.

He horæ nominantur καίματα, seu temporales.
Nostræ sunt æquinoctiales. Sexta igitur hora apud
veteres, erat hora meridiei: duodecima, solis occi-
dentis.

Patiente Christo, horæ congruebant spatijs ad
nostras, quia erat dies æquinoctij, quo dies artifici-
alis, ubiq; est horarum duodecim æqualium.

Pœna Iudæ,

Ostendit iram Dei, aduersus blasphemos deser-
tores Euangelij, & alios, qui artificiosa specie sa-
pientiæ, animos potentium alienant à uera doctrina.
Ex talibus multi omnibus ætatibus, Iudæ mercedem
ferunt, ut Arius, & alij.

In CHRISTVM conferuntur cri-
mina atrocissima duo, Blasphe-
mia, & seditio.

His onerantur omnibus temporibus, pij audi-
tores Christi. Stephanus accusatur, quod dixerit
contra templum, & contra Rempub. id est, quod
uoluerit euertere utramq; tabulam Decalogi. Chri-
stus edens suam confessionem apud Magistratum
Ebraicum, fatetur, se esse Filium Dei, & fatetur se
esse Regem: Sed discernit regnum suum à potestate
politica. Sed quia,

CHRISTVS producit in pur-
pura, & coronatur spinis,
iussu Pilati,

Significatum est, hoc discrimen obscuratum
iri, aut

iri, audacia Pontificum Romanorum, qui regnum
Christi transferunt in dominationem politicam,
dei uociferantur:

**Nobis non licet interficere
quemquam.**

Hec uox significat seruitutem illius
& tempus aduentus Messie, iuxta promissum
Romani concesserunt illis & τὸ ὄνομα τῆς ἐκκλησίας
& iurisdictionem inferiorem, sed ademerunt
iurisdictionem superiorem, & iudicia rerum
talium.

Omnes homines igitur sunt rei mortis
quia etiam Ethnici interfecerunt Christum.

Herodes ludit ut homo Epicureus. Ideo
stea dedit poenas, eiectus in erumnosum exilium
una cum coniuge sua Herodiade, miserabiliter
tabuit. Pilati uox ad Christum:

Quid est veritas?

Est uenenata ironia. Doctores ueritatis
quit, duriter plectuntur. Rectius est igitur
flectere ad uoluntates superiorum, nec accersere
odia, & pericula.

Quartus Actus,

Sumit exordium ab hora meridiana,
nit post horam nonam, quando CHRISTUS
expirauit.

**Pilatus condemnat
Christum,**

Contra conscientiam, anno 7. suæ gubernationis.
Impotentes seuiunt in Ecclesiam, incitati à Sacerdotibus, & deriuant culpam in Sacerdotes, tanquam in Ecclesiam, cui debere se dicunt obedientiam.

Iudæi palàm negant Melsiam,

Et vaticinantur se habituros Cæsarem, scilicet, Titum, qui deleturus erat illam Politiam, Cæsar signis fiat crudelent,

Simon Cyrenæus,

Tuat Christum in gestanda cruce. Patria ipsius habet nomen ab illo admirabili fonte. Ita semper est pius aliquis cœtus, qui gustauit fontem vitæ. Ille sustinet ærumnis cum Christo, propter professionem veræ doctrine. Vocabulum Simon, significat auditorem. Ita pij scholastici, præcipuè sustinent partem crucis Domini, premuntur ærumnis, & miserijs, propter studia doctrinarum. Filij huius Simonis, Alexander, & Rufus, sunt vocati ad agnitionem Euangelij.

Christus, egrediens ad supplicium,

Obiurgat mulieres, quæ non intelligebant causas mortis Christi, & non deplorabant sua peccata, & prædicat pœnas, quæ opprimunt omnes impios, propter contemptum beneficiorum Christi.

Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?

Christus arbor vitæ, & sancti Prophetæ, & Apostoli, qui sunt virides arbores, ornati fide, & fructibus

tribus fidei, patiuntur. Ergo multo atrocius patitur, & extirpabuntur impij, qui tantum sunt organa Diaboli, & vasa iræ.

In crucifixione, quæ ad quartum actum pertinet, considerandum est.

Genus supplicij.

Paulus Galat. 3. ex 12i cap: Deuter: recitatum: Maledictus omnis, qui pendet in ligno. Hæc est sententia, quæ dicitur in scripturis, & est propter mortem Christi, in seipso dicitur maledictionem, seu horrendam iram Dei, cui genus humanum subiectum fuit, propter peccatum. Ad id genus autem vocabulum est: Maledictum esse. Nec ullius creature sapientia harum rerum magnitudinem potest exhaurire. Cogitetur.

Qualis sit species generis humani, & Ecclesie, Christo pendente in cruce.

Caput Ecclesie Christus, pendet in cruce. Non solum propter errorem ex toto corpore, non solum propter corruptionem membrorum, sed, quia natura languescit, & amplius gubernabat sanguinem. Oppressus enim anima, dolore, & consternatione intolerabili cre-

Sub cruce stat mœstissima mater, vna cum alijs pijs matronis, Iohannes, & quidam alij, Rati discipuli Christi abdiderunt se, metuentes furorẽ aërorum. Nicodemus, Ioseph Senator, tacent, & de rabie suæ gentis.

Impij Iudæi, satellites Pilati, & Herodis, capti
 und Christum, rident eum, fodiunt corpus eius, ludunt
 de vestibus eius.

Epicuræi, & Tyrannici Pontifices, & Parasiti
 ipsorum, sarcasms Christum exagitant, & in sinum
 plaudunt, quod nunc videantur libere dominaturi.

Terra tremit, & mugit, scopuli dehiscunt, sol
 contra nature ordinem amittit lucem medio die, &
 tota natura rerum suum dolorem testatur.

Interea multitudo Ethnica, sermè in toto orbe
 terrarum, celebrat turpissima, & spurcissima Bacchas
 alia, ad insignem nominis diuini contumeliam.

Ita in hac languida mundi senecta, Ecclesia est
 angusta, Sol amittit lucem, horribiles tenebræ sunt in
 maxima parte generis humani, latissimè vagantur fue
 rices Mahometici, & mundus, petulantia opinionum,
 & immanitate morum, paulatim præparatur ad Mas
 saroni Semina. In illa parte, quæ habet nomen Eccles
 iæ, dominantur homines profani, crudeles, stabilitis
 idola, & corruptelas doctrinæ, sanguine, & se
 nia. In illo ipso cœtu, qui retinet veritatem, magna
 est negligentia populi, & gubernatorum.

Luditur de vestibus Christi.

Sub prætextu Euangelij quaruntur opes, potens
 rapuntur bona, & redditus donati ministerio, &
 dicitur. Et maximum agmen est Epicuræorum homi
 num, qui rident omnes religiones.

Seruantur tamen aliqua reliquia, in quibus agnitio Filij Dei, & vera inuocatio, sed oppressa gnis erumnis.

Eclipsis quæ accidit Christo pendens
in cruce,

Non fuit naturalis. Quia Pascha Iudiciorum celebrabatur in plenilunio. Et Eclipsis solis, oritur & euenire solet in nouilunio, seu in commutatione quando luna exactè intercurrent inter aspectum nostrum, & solem, Solis conspectum nobis interuenit.

Vt autem Sol amisit lucem, gradus interuenit, & Pleiades: Ita Ecclesia omnibus temporibus premitur à magnis Imperijs & à vulgo, nec habet liberationem Politicam, quia magna Imperia sunt tenebras, & corruptelas in doctrina.

Obseruanda sunt dicta, pronuntiata
à Christo in cruce.

1. Pater remitte illis, quia nesciunt quid faciunt. Sunt verba pertinentia ad officium Sacramenti. Filius Dei, offerens suum sacrificium eterno patris, catur pro toto genere humano, etiam pro impijs hostibus, modo conuertantur, nec perseuerent in contemptu beneficiorum Christi. Ideo hæc vox est coniungenda cum precatione, quam recitauit ante crucem, & est perpetua oratio Filij Dei, intercedentis pro peccatis, omnium temporum.

2. Commendat Apostolo matrem.

Stant sub cruce mater, soror matris, & alie piæ
 Famine, Item, Iohannes, & pauci alij. In ipsa ma-
 tre fulget heroicum lumen fidei, cum sit spectatrix hor-
 ribilium furorū in hostibus Christi, & cruciatuum sui
 Filij, & tamen statuat hunc suum Filium, morientem
 terribili supplicio, ac desertum ab omnibus creaturis,
 esse natura Deum, idcoq; reuicturum, & regnaturum,
 deuicto Diabolo, & toto regno Diaboli.

Mater Christi ubiq; est imago Ecclesiæ. Non pu-
 deat nos, qui sumus membra Ecclesiæ, stare sub cruce,
 cum ipse Dominus pependerit in cruce.

Commendat matrem Apostolo. Doctores ament
 veram matrem Ecclesiam, sint fideles custodes sanæ
 doctrinæ, tueantur concordiam, & non faciant dilacca-
 rationes, turbantes Fidem, & inuocationem.

3. Duo latrones, qui pendent ad latera Christi,

Sunt imago totius generis humani. Vagantur
 calamitates, & pœnæ, in toto mundo. Omnes homi-
 nes sunt subiecti morti. Impij in tristissimis miserijs
 suis ludunt, scurrantur, neq; de ira Dei, aut suis eruma-
 nis cogitant, ut latro impius, etiam iam exhalans blas-
 phemam animam, venenatis Ironijs Christum subsana-
 nat.

Alter latro, ad Deum seriò conuertitur. Ita alia
 pars generis humani, onerata pœnis, quærit salua-
 tem, & opem, à Filio Dei. In illo proponitur exem-
 plum, veræ, & salutaris pœnitentiæ.

Ita argumentantur quidam *Exameron*
Antinomi:

Conuersio Latronis in cruce fuit vera, & iusta
Conuersio latronis fuit sine bonis operibus,
Ergo vniuersaliter vera conuersio est sine
operibus, & per consequens excedit
non tantum meritum: Sed etiam pre-
honorum operum, & necessitas bene-
randi.

Minorem ostendit historia. Nulla enim pu-
runt esse bona opera illius, qui antea fuit sicarius,
nunc vinctis manibus, & cruribus, expirat in cruce.

Respondeo. Nego Minorem. Latro enim
habet initia multarum magnarum virtutum inter-
iorum & exteriorum, id est, inchoationem noue obe-
dientie. Nec bona opera, intelligantur puerilitatis
tum de operibus discipline, seu factis pertinentibus
secundam tabulam Decalogi. Est in latrone contritio
& confessio sui peccati, Est in eo fides, Inuocatio Chri-
sti, dilectio, patientia, refutatio blasphemie in socio,
expectans aeternam vitam, secundum promissionem
Christi. Manifeste igitur conspiciuntur in eo tres partes
poenitentiae, Contritio, Fides, & noua obedientia.

Vox: Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum, Est inuocatio, tribuens Christo naturam
diuinam, & omnipotentiam. Et cum pronuntiauerit
verba, iam Fide fuit eluctatus ex paenitentibus mortis.

Regnum Christi,

Completitur omnia beneficia Christi, inchoatis
non in hac vita, & consummationem in futura.

Christus addito iuramento, recipit eum in socie-
tatem Ecclesie.

Hodie mecum eris in Paradiso.

Paradisus significat statum immortalitatis, &
beatitudinis Ecclesie, in altera vita, ubi diuinitas clarè
conspicitur, sine usu ministerij, prorsus deleto peccato,
& morte.

4. In Epitafi dolorum suorum, edit Filius Dei
vocem plane mirabilem.

Deus, Deus meus, quare me
dereliquisti?

λόγος nunquam fuit separatus à massa huma-
na, quam sibi unxit foedere indissolubili. Nec Filius
unquam separatur ab aeterno patre, cum quo semper
est unum. Sed tempore humiliationis, λόγος quieuit,
voluit istam obedientiam. Et cum Christus luctaretur
cum spiritibus paucioribus, inciderunt aliqua momenta, in
quibus non ita sensit consolationem, ut alio tempore.
Divina natura tamen humanam sustentabat. Et cum
proprium Filij Dei corpus pateretur, ipse λόγος erat
precium Redemptionis, ideo tribuuntur huic persona
passiones naturæ humane.

Magnitudo harum rerum, non est comprehensibilis
creaturis.

V. 4.

creaturis.

creaturis. Vult autem Deus nos cogitare de hac
 doctrina, ut nostras mentes excitentur ad considerationem
 magnitudinis iræ Dei, aduersus peccata hominum,
 ad agnitionem immensi beneficij, quod nobis pro
 Christus, in sustinendo isto onere.

5. Anima languefacta ex lucta ingentium
 rum, cum præsertim ex resolutione Spirituum,
 fusione sanguinis etiam viscera arescerent, & ma-
 scerent.

Queritur Christus de siti.

Expetit intus sensum consolationis, & præsentiam
 patris. Foris verò rigationem, & recreationem
 guida, & fatiscantis naturæ.

Pingitur verò rursus magnitudo iræ Dei,
 ignis consumens. Sicut dicit Messias in Psalmis
 hesit lingua mea faucibus meis, Non est pax
 meis. Oremus autem ipsum Filium Dei, qui est
 vitæ, ut nostram naturam luctantem cum iudicio
 riget sua dulci, & viuifica præsentia, & eam
 ad æternam vitam.

6. Superata iam lucta, & instante sepulchro
 animæ, & corporis, lætus agit gratias æternæ
 qui ipsum sustentauit, in isto difficilimo agone.

Consummatum est,

Nunc inquit, completum est sacrificium, pro
 turum electis, usque ad finem mundi. Hoc Episcopus
 omnes pijs, animis suis infigant, & statuam, hoc

ficio, impetratam esse remissionem peccatorum, & eternam salutem.

7. Eluctatus igitur ex omnibus paoribus, magna voce clamat :

Pater, in manus tuas, commendo
Spiritus meum.

Hæc vox circumferenda est in mente per totam vitam. Illi enim beatè discedunt ex hac vita, qui intus entur hanc victoriam Christi, & in ea confidunt. Operanda est igitur hæc cogitatio, de salutari migratione ex hac vita, omnibus sententijs Epicuræorum, qui aut discedunt cum fremitu horribili aduersus Deum, secundum versum : Vitaq; cum gemitu fugit indignata sub umbras, aut in morte implicati dubitationibus ludunt, ut est in versiculis Adriani Cæsaris :

Animula, vagula, blandula,

Hospes, comesq; corporis,

Que nunc abibis in loca :

Pallidula, rigida, nudula,

Nec ut soles dabis iocos.

Pij sciunt, Dei beneficio, locum, qui est ipsis paratus à Christo, in domo patris cœlestis : Animæ recipiuntur in manus æterni patris, qui eas implet luce, pace, & leticia inenarrabili. Tandem etiam corpora resuscitata denuo cum illis iunget ac vniet ad æternam vitam.

Sepultus est.

V 5

Christus.

Christus collocatus est in monumentum ante ortum solis. Attigit igitur sepultura diem Parasceves. Ac fuit in sepulchro toto Sabbatho, & rursus resurrexente Sabbatho, quæ pertinebat ad primam diem usque ad ortum solis. Rectè igitur dicitur: cum resurrexisset tertia die.

Quies Christi in sepulchro die Sabbathi,

Commonefacit nos de miserijs generis humani & de beneficio Christi. Homo fuit conditus, ut Deus celebraret perpetuum Sabbathum, ut esset imago Dei. Ideo condito homine Deus quiescit, ut hominem impleat donis suis, & illa sua imagine letetur. Hanc quietem, & leticiam Dei, interrupit in paradiso Diabolus, ac Deo suum domicilium profanavit. Et tunc restitutio per Filium, in quo, quiescente non moritur natura humana, & anima separatur à corpore, Diuinitas autem manet unita, & anime separatae & corpori quiescenti, etiamsi illo triduo non dormiat, vivificat carnem suam.

Hæc quies, complectitur arcanam sapientiam quam discemus in vita æterna. Nobis est participandum hoc: Deum voluisse fieri restitutionem generis humani, per illam admirandam obedientiam Filij.

Maximè fœdum spectaculum est cadaver: hæc Dominus abiicitur quidem in sepulchrum, & sit similis nostris cadaveribus, sed cum sit simul Deus, sua maiestate vivificat, & nos etiam induit forma sue nature resurrectio.

SYMBOLI.

273

gentis, tribuitq; nostris cadaueribus vitam, proptus a peccato, morte, & omnibus acriumnis liberatam.

Migratio igitur piorum, iter est ad immortalitatem. Etsi vero mors efficit nos cadauera, & iacemus exanimis sine vita: tamen impossibile est nostram massam, cum uiuificata sit effusione & communicatione Spiritus Christi, atq; ita inserta carni Christi, manere in morte. Sed fixa quiete electorum, Christo emittente suum flatum, denuo nostris corporibus reddetur vita, & erunt domicilia Diuinitatis perpetuo.

Homo fuit formatus, ex gleba terrae, & corpus in terram redit. Sed Christus attigit terram sua carne, eamq; sanctificauit pijs, ut ipsis sit dulce, & leue cubile.

Impios absorbebit terra, illiq; nunquam poterunt emitti, ad conspectum Dei in coelum. Sed sanctos terra non perpetuo detinebit. Reposcet ab ea Deus imaginem suam.

Physici scribunt, ex carne humana, & medulla spinae dorso putrefacta, saepe nasci serpentes. Quod forte accidit, propter afflatum primi serpentis, qui uisus suum, animae, & corpori hominum impressit. In sepulchris igitur impiorum consentaneum est residere non solum serpentes physicos, sed ipsos horribiles Dracones Diabolos, qui eos in suis faucibus retinent ad aeternos cruciatus.

Un monumento uero Christi, sedent sancti, & casti

casti Angeli, & procul inde fugatur omnis spiritus
Diabolica. Ita sepulchra piorum, custodiuntur
Angelis, qui pias animas deducunt in Paradisum,
mendant eas manui, & sinui aeterni patris, ac
niti filij. Cineres etiam, & exuias obseruant, que-
runt, & rursus erunt, in omni aeternitate, Spiritus
sui domicilia.

Descendit ad inferos.

Fatemur in hoc Articulo, destructam esse Ty-
nidem Diaboli, & inferorum, hoc est, liberatos
qui credunt in Christum, a potentia Diaboli, & in-
feris. Iuxta dictum: Nemo rapiet oves meas de
manibus meis.

Hanc victoriam suam Filius Dei certo
ostendit Diabolis, incussit illis terrores, concinnat
est de sua potentia, Ipsi senserunt suam potentiam
fractam ab hoc victore, tremuerunt, fugerunt, &
runt se non posse exercere suam seuitiam, sicut
lent, alioqui multo grassarentur rabiosius.

Et inter signa victoriae, fuit resuscitatio mor-
tuum. Resuscitauit Christus magna agmina, &
docuit eos per 40. dies, ut etiam in concione Petri
significatum est.

Accommodamus igitur Articulum ad victoriam
Christi, nec disputamus de cruciatibus animae Christi
post separationem. Sustinuit Christus, Deus & homo,
dolores inferorum, & horribilem confirmationem

haec vita. Instante emigratione animæ, dicit completum esse sacrificium suum: Consummatum est. Ac haud dubie Ecclesia, etiam ante hanc ætatem, hunc Articulum intellexit de victoria Christi, & liberatione peccatorum.

Extat carnè quod sonat Ecclesia Græca, ostendens quomodo hunc Articulum perpetuo sibi accommodaverint ad victoriam Christi: ὅτε κατῆλθες πρὸς τὸν θάνατον ἢ ζωῆς, ἢ ἀθάνατον, τότε τὸν ἀδύω ἐνέκρησας τῆ ἀσφαπῆ τῆς θεότητος. ὅτε δ' ἐκ τῆς τῆς θεότητος ἐκ τῆς κατὰ χρονίω ἀνέσκησας, πᾶσαι ἐκ δυνάμεως τῆς ἐπερσανίω ἐκράυγαξον: ζωὸς δ' ὅτα γῆσε, ὁ θεὸς ἡμῶν, δ' ὅξα σοι, id est: Quando descendisti ad mortem ὀ vita immortalis, tunc infernum necasti fulgore diuinitatis. Quando vero etiam mortuos ex monumentis resuscitasti, omnes exercitus celestium tibi acclamaverunt: Christe dator vitæ, Deus noster, tibi sit gloria.

Tertio die resurrexit à mortuis.

Historia resurrectionis, continet quintum actum, & gloriosum exitum agonum, qui præcesserunt.

Confidemur Filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, post mortem, die tertio, diuina potentia resuscitatum, reuixisse, integrè in ipso restituta natura humana, & exuta mortalitate, et per eum dei inceptus

inceps omnibus credentibus, reddatur iusticia, & vita eterna.

Testimonia.

Recitantur in scriptura, numero duodecim, bus ipse Dominus ostendit, se verè reuixisse. Sed dubiè plura etiam fuerunt, quæ non sunt scripta. nemini dubium esse potest quin singularia colli- Domino fuerint cum matre.

Inter præcipua autem testimonia, hoc obser- dum est, quod una cum Christo, resuscitati sunt mo- coetus sanctorum hominum, inter quos creditur fuisse, Adam, Euam, Seth, Noë, Abraham, Sara, Rebeccam, & alios.

Cogitemus igitur, nullum fuisse pulchrius ho- lum, in genere humano, quàm fuit aureum ve- anni, quando Christus resuscitatus ex morte, secun- xit magna agmina piorum, qui receperunt vitam fuerunt per quadraginta dies ferme quotidiani- gressus Apostolorum, matris Christi, & Ecclesie suscitatae. Tunc familiariter, Apostolis, & Ma- affecerunt sancti patres, & sanctæ matronæ, fuit inter illas suauissima colloquia, de miserij genitrici mani, de beneficio inenarrabili Christi, de miraculo- lectione Ecclesie, & de gloria uitæ future. Tunc Spiritus sanctus fuit conspecta quasi Idea consuetudinis illius, quæ in uita cælesti, & fuit hoc tanquam veritas æternam De-

Ista breuiter significata sunt ab Apostolis, præberetur Ethnicis, & profanis hominibus occu- derentur

hauriendi Evangelium: Sed ut pie mentes plura de
tantis rebus sobrie reuerenter ac religiose cogitare
possent.

Voluit autem Christus per tot dies commorari,
& conspici a discipulis suis, ut Ecclesia certò confirmas-
retur, de resurrectione ipsius, & scirent discipuli,
non reuixisse Christum, nec obseruatum esse inane
spectrum.

Efficacia resurrectionis Christi,

Comprehensa est in hoc dicto Pauli. Traditus
est propter peccata nostra, & resurrexit, propter ius-
tificationem nostram. Passio est λύτρον, precium sa-
tisfaciens iusticie Dei: Resuscitat autem suam massam
in uirgine assumptam ex tumulo, ὁ λόγος, non solum
illam suam naturam humanam, deposita mortalitas
deinceps ornent noua gloria: sed ut simul resuscitet
omnes, qui fide ipsius massæ inserantur, sicut surculi
hauriunt uitam à trunco, cui adherent.

Ut igitur, ut regnet, foris seruans ministerium,
& necem incorruptæ doctrinæ, depellens Diabolos,
& Tyrannos, qui conantur delere Ecclesiam: Et in-
terius in corde, accendens uoce Euangelij, ueram fidem,
lucem, cognitionem & inuocationem Dei, ac effuso suo
Spiritu sancto, uniens corda piorum & sibi & aeterno
Deo, efficiens in ipsis iusticiam, & uitam, con-
formem Deo, & placentem Deo.

Horum beneficiorum applicatio fit uera Fide, in
cuius poenitentia. Oportet nos intueri hunc dominum
resuscitatum

resuscitatum, credere quod propter eum recipiamus gratiam, & efficiamur heredes aeternae vitae.

Multa sunt testimonia Prophetarum, de resurrectione, & victoria Christi.

Pueri meminerint dictum, quod est in libro Esaie :

In die illa stabit radix Iesse, vt sit signum populis, ad eum gentes confugient, & requies eius erit gloria.

Est concio de glorioso, & aeterno regno Iesu Christi, resuscitati ex morte, & descriptio verorum eorum, qui sunt praestandi isti Regi. IESSE, sicut patet in Genesi, uidis. Radix Iesse, seu, propago Iesse, id est, Christus. STVS natus ex stirpe Dauidis, stabit, id est, regnum, dominabitur. Stare enim visitata per prophetas, significat florere, & imperare. Vt sicut patet in Genesi, vel vexillum populis. Praedicatio Euangelij, sicut patet in Actibus, ostendens hunc Dominum, & discerneret eum ab omnibus alijs gentibus. Ad hunc regem gentes confugient. Cultus qui praestantur huic Regi, sicut patet in Actibus, agnitio, & inuocatio Dei. Et iste Rex non est mortuus, sed suscitatus, & donabit illis hereditatem aeternae vitae.

Requies eius erit gloriosa.

Requies, id est, mors. Illa admiranda est, quando λόγος volens illam humiliatione qua

propria caro posset crucifigi, & mori, erit salutaris
Ecclesie. Et est Antithesis, opposita gloriæ regnorum
policorum. Mors abolet omnem gloriam, omne decus,
& potentiam aliorum Regum. Alexander extinctus
æstu febrili, amittit regnum, gloriam, & potentiam
cum vita, est cadaver. Pompæ funebres sunt umbra,
& inanes sumi. Alexander nihil amplius agit post
mortem.

Sed iste Rex, natus ex stirpe Davidis, reuiuifcet
& regnabit post mortem, in omni æternitate.

Gloria complectitur omnes virtutes, im-
mensam sapientiam, infinitam bonitatem, perfectam
iusticiam, omnipotentiam, & reliquas, & habet illas
virtutes propter nos, ut gentes ad eum confugiant,
Vult igitur esse efficax, in omnibus, qui fide ad eum
confugiunt, & hæc bona petunt, & expectant.

Adolescentes etiam discant grammaticam inters-
pretationem concionis Paulinæ, quæ recitatur in Pa-
schate, & proponit doctrinam, de fructu resurrectio-
nis Christi.

Expurgate vetus fermentum, vt sitis
noua conspersio.

Fermentum, sicut etiam Ζυμν apud Græcos, hæ-
bet nomen à feruendo, quia massam frumentaceam
feru feruere, id est, inflat, attollit, disijcit, & rarefa-
cit eam. Iste est enim vsus fermenti, ut panem faciat
rariorem, & leuiorem, ut facilius à calore naturali
ventris

ventriculi possit eliquari, & conuerti in chylum. Do-
sum enim & viscidum, non facile funditur, & sepa-
ratur.

FERMENTVM, hic per Metaphoram
in prima, & secunda specie. Qualitatis, significat
falsas opiniones, & errantes affectus, pugnantem
voluntate Dei. Ratio Metaphoræ est. Opinions
affectus, inflant hominem. Alexandrum totum in-
tant, fiducia suæ potentie, & superbia. Inbet
nos Paulus excuere falsas opiniones de Deo, falsus
tus, aberrantes à lege Dei affectus.

Vt sitis noua conspersio.

φύραμα, siue noua massa. Perseuerat in
phora. Est etiam in prima, & secunda specie qua-
tis. Sit in nobis nouitas, accensa à Spiritu sancto
lux, iusticia, & boni affectus.

Sicut estis Azymi.

Hinc ducitur tale argumentum.

Non habens, non indiget expurgatione.

Nos sumus azymi, non habemus fermentum.

Ergo non indigemus expurgatione.

Respondeo ad Minorem: Surtus Azymi, in
fermento in hac vita, imputatione, & inchoatione
nondum consummatione. Ergo opus est expurgatione
continua, seu perpetua, id est, oportet in nobis
crescere poenitentiam, & Fidem. Quia sunt reliquiæ
sordium, & peccatorum, in hac natura hominum.

Pascha nostram pro nobis immolatus est Christus.

PASCHA, prima significatione significat transitum. Quia ritus Paschatos, commonesciebat Ecclesiam, de transitu Filij Dei per Aegyptum, tunc, quando iugulauit omnia primogenita, & pepercit Israelitis, qui vescebantur agno, & limina sua consperserant cruore agni. Ita Filius Dei, omnibus aetatibus, transit per genus humanum, delct maxima regna, & potētissimos homines, aduersantes glorie suae, & seruat Ecclesiam, agnoscentem, & celebrantē beneficia ipsius.

Hic vero Pascha significat ipsum agnū.

Esus Agni,

Erat typus mortis Messiae, & manducationis illius, quae fit fide. Christus noster agnus, est immolatus propter nos. Immolatus, est à mola. Mola significat placentam. Immolatio, Est species sacrificij iucruenti. Offerrebatur mola, conspersa vino, Placenta conspergitur vino, id est, Ministerium Euangelij est efficax, propter sanguinem Christi. Ita, libatio est effusio, facta cum ritu sacro, & cum presatione.

Ed Paulus loquitur de sacrificio cruento, & dicit, CHRISTVM esse mactatum. Deus voluit redire genus humanum morte, & cruore Filij. Hinc manifestum est interpretem vsū esse quadam Enallage figuram in verbo immolatus est, & longius etiam distulisse à proprietate graeci sermonis in verbo Epulo. Quia εογραζου, est celebrare festum. Vocabulū deducis

deducitur ab ἑορτά, sacrificauit. Festum est. Ferie dicuntur à Græco vocabulo ἱερόσ, quod ἱερά, mitto hostiam, id est, offero.

ἑορτάζω μὲν est: Agamus diem sacrificamus sacrificia spiritualia. Celebrare diem est audire, cogitare, discere doctrinam, patet Deo, & illa cogitatione accendi, ad inuocandam gratiarum actionem, & celebrationem Dei.

In Azymis sinceritatis, & Veritatis.

Ἐπίκρισις, est secretum à cæno, vel limas, etas opponitur mendacijs, & falsis opinionibus, significat agnitionem, & confessionem veræ doctrinæ, sinceritas opponitur hypocrisi, & malis flammis, significat virtutes non fucatas, Timorem, Fidem, Reuerentiam, constantiam, castitatem, sobrietatem.

Ascendit in cœlum, sedet ad dextram DEI Patris omnipotentis.

Toto pectore, & voce profitemur, Deum nostrum Iesum Christum, post longam, & quadraginta dierum consuetudinem, & familiaritatem, cum matre sua, Apostolis, & uniuerso cœciliæ, comitante magno agmine resuscitatorum numerum, spectante tota multitudine, euectum esse.

hoc mundo visibili, in cœlum, ad vitam, gloriam, & regnum cœleste.

Quæ sunt præcipuæ commonefactiones, in hoc Articulo :

Primum teneatur hoc : Istum Articulum Symboli, ut etiam reliquos, nequaquam esse transformandum in Allegoriam : Sed retinendum esse simplicem intellectum vocabulorum, quæ monstrat litera, seu, Grammatica. Quia narrationes historicæ, sunt rerum, quæ vere ita eueniunt, & in propositionibus Decalogi, & Articulorum Symboli, non sunt fingendæ Allegoriæ.

Ascendit,

Hoc est, ex loco inferiori, euectus est ad locum superiorem. In cœlum, id est, in locum cœlestem, quæ Paulus nominat sursum, ubicunq; sanè ille est.

Sedet ad dextram Dei Patris omnipotentis.

Translatus est visibiliter locatione corporali in cœlum, sed ita, ut sit ad dextram Dei patris, hoc est, exaltatus in regno & sacerdotio teneat omnipotentem gubernationem, unâ cum æterno patre, ad quem adducet post vniuersale iudicium vniuersam Ecclesiam electorum,

Ascendit verò spectante magna multitudine.

Primum, ut Ecclesia certò posset statuere, eum

X 3

11018

non euansisse, aut non esse amissum, ut spectantur
illam ipsam naturam humanam, assumptam ex uirgine
& resuscitatam, in coelum euertam esse ad dexteram
Dei, ubi Christus, qui est caput electorum, uoluit
beatis patrem in clara luce & immediate.

Deinde, isto triumpho uisibili, uoluit cum
Apostolis somnium, de regno corporali, & uoluit
re, de regno suo coelesti, & spirituali, cuius futu-
tio in hac uita secundum doctrinam in Euangeli-
ditam.

Continet igitur hic Articulus duo capita
ne praecipua: Locum de glorificatione & exaltatione
humane naturae in Christo. Deinde doctrinam
quo Christi.

Glorificatio Christi post re- surrectionem.

Est accessio excellentis & ineffabilis gloriae
non amittitur aut abiectis idiomatis suis inuariat
stantia naturae assumptae ex uirgine, sed corpus
infirmum, passibile, & mortali, impassibile, immu-
abile, lucidum, leue, cum conspectu essentiae diuinae
praerogatiua ingenti donorum, in tali gradu, qui
cellit omnibus creaturis, Et qua fit exaltatio huius
sonae missae in regno, & Sacerdotio, ita, ut hic Do-
minus exaltatus supra omnes creaturas, secundum
naturam deinceps sit gloriosum caput Ecclesiae
cuius omnia in omnibus electis.

Sedet ad dextram Dei.

Articulus Symboli, perspicuum monstrat discrimen, inter glorificationem Christi, & aliorum Electorum. Etiam alij beati sunt sursum, fruuntur Leto conspectu diuinitatis. Sed Christus est sursum ad dextram Dei. Collocatus est in arcanam lucem, & leticiam inaccessibilem creaturis, ut regnet aequali potentia cum patre. Ideo non dicitur tantum glorificatus, sed etiam exaltatus scilicet, in regno & sacerdotio. Ac antecessit natura humana Christi, in gradu gloriae, beatitudinis & leticiae, omnibus creaturis, eo ipso, quod exaltata est ad regnum, & sacerdotium aeternum, & quod uicelatria inuocatur Dominus noster Iesus Christus Deus & homo, assidue pro Ecclesia intercedens, & eam colligens, protegens, seruans, & saluans.

Est igitur caput Ecclesiae,

Efficacia, Perfectione, Merito, & Ordine.

Hæc persona proprie missa est, ut immediate per eam colligatur Ecclesia, hæc persona ab initio profert Euangelium, adest Ecclesiae, seruat ministerium, & immediate protegit electos, contra omnes furores Diabolici. Est etiam hæc persona immediate in credentibus efficax, docet, sustentat, & uiuificat sua membra.

Est autem hæc efficacia est capitis, secundum diuinam naturam, tamen efficax est in natura assumpta. Nam ideo factum est decretum, de assumenda natura humana, ut hoc modo fieret unio electorum cum Deo.

Et ista est gloria naturæ humane in Christo, quod
 altata supra omnes creaturas massa, quam dicitur
 ex virgine assumpsit, verissime sociæ est victoria, quæ
 per serpentis conteritur, & quod adoratur in
 templis, quodq; depellit diabolos & protegit Ecclesiam
 multa potenter agit, quæ capiti congruunt.

Actiones igitur sunt totius personæ, & non
 sunt ministerio naturæ assumptæ.

Vt in homine, cor, fons vitæ, residet in eo
 & domicilio suo, vitam transfundit in omnia membra
 corporis, eaq; per substantialem statum, per Spiritum
 sibi copulat, ut omnia viuant communi vita, &
 ὁ ἀπὸ τοῦ ἁγίου ἁγίου ἀτεῖρου πατρὸς, hauriens vitam
 æterno patre, viuificat & suam massam in vitam
 suntam, & ex eadem sua massa, similem Spiritum
 emittit in credentes, fide sibi insertos, ut in illis
 datur similis lux, iusticia, & vita conformis Deo.
 Ideo confunditur distinctio, inter creatorem, & crea-
 turam, aut inter statum inchoationis, & consumma-
 tionis.

Ad hunc gradum, quo Christum diximus
 put Ecclesie primum efficacia, congruit dictum
 est mihi omnis potestas, in cælo, & in terra. Cuius
 S. V. S. enim est illa persona, quæ in vita cælesti
 mediatè est efficax in sanctis, & in hac vita
 ministerium, & Ecclesiam, & sua efficacia viuificat
 electos: sine ulla tamen physica confusione vel
 mixtura, vel proprietatum, vel actionum in ipso.

sententiarum, seu, scholastici fatentur, nomen capitis
 tati personae saluatoris tribui, & alias capitis proprie-
 tatis competere ei secundum humanam naturam, alias
 secundum diuinam. Ideo & Christus Mat: ultimo lo-
 quitur in concreto, Mihi data est omnis potestas scilicet
 colligendae, sanctificandae, potenter protegendae,
 & gloriose liberandae Ecclesiae.

2. Est caput perfectione.

Quia est natura Deus, & quia natura humana
 Christi, superat sapientia, potentia, & iusticia, omnes
 creaturas.

3. Est caput merito.

Quia Christus, Deus, & homo, est precium res-
 demptionis, impetrans sua perfectissima obedientia,
 redemptionem, & salutem aeternam. Igitur iustum est,
 eum esse superiorem uniuersa Ecclesia, etiam secundum
 humanam naturam.

4. Est caput ordine, iuxta missionem.

Quia ista persona, primo missa est ad Ecclesiam,
 & est praecipua propter naturam diuinam, & propter
 excellentiam naturae assumptae, quae certe dignitate
 antecedit angelis.

De hac efficacia Christi, & in habitatione in san-
 ctis, sunt multa illustria testimonia scripturae. Ego
 sum vitis, vos palmites. Ipse est caput Ecclesiae, om-
 nia in omnibus perficiens, Qui adheret Domino, vnus
 est cum eo Spiritus. *Viuit in me Christus.*

Ad defensionem, quæ propria est æterni regni, congruunt hæc dicta: Nemo rapit onus meum, a iustis meis. Porta inferorum non præualebit adversus eam.

Ad æternum Sacerdotium pertinent hæc verba: Semper vivens, ut semper interpellet pro nobis Sacerdos in æternum, &c.

Igitur hic Articulus, & expositio eiusdem ponitur omnibus præstigijs Eutyehianis, & Nestorianis, quæ CHRISTO veritatem naturæ suæ detrahunt, & eripiunt pijs mentibus consolationem quam expectant ab illo Domino, qui in omni caritate est os de osibus nostris, & caro de carne nostris.

Testimonia scripturæ, & Antiquitatis.

Prodest autem iunioribus, nota esse aliquibus scriptura dicta scripturæ, & perpetuam sententiam antiquitatis, quam quidem etiam in illa sua caligine æternum Pontificium, constanter retinuit.

Orthodoxi, qui in antiquitate sinceriore reguntur, sectatores Eutyehetis, dictos Acephalos & Monophysitas, tribuentes Christo corpus post glorificationem sine proprietatibus substantialibus humani corporis dicunt: Post resurrectionem, corpus Christi, ex materiali factum est immortale, ex materiali, minus materiale. Sed non propterea caret circumscriptioe, & figura, cadit enim sub tactum, & affectum, & visum.

um, Nec ei possunt ea tribui, quæ sunt propria diuinitatis, cum essentialis proprietates Dei nihil differant à essentia diuina communi trium personarum. Ac manifestum est, sermone diuino, & usitata consuetudine, tantum illam substantiam nominari corpus, quæ habet suas dimensiones finitas, & circumscriptas loco.

Hæc congruunt cum perspicuis scripturæ textibus: Videte, & contrectate me, Spiritus carnem, & ossa non habet, sicut videtis me habere. Surrexit, nõ est hic. Videbitis eum redeuntem, sicut assumptus est. Cernetur in nubibus. Habebit alios stantes à dextra, alios à sinistra. Item: Me non semper habebitis vobiscum. Et Paulus inquit, nos corpore peregre abesse à Domino. Item: Petrus inquit: Dominum profectum esse in cælum.

Ita Ignatius,

In Epistola ad Smyrnæos affirmat, se non in eo solum, quod natus & crucifixus sit Christus, agnoscere ipsum in corpore fuisse, verum etiam post resurrectiõnem se in carne ipsum nouisse, & credere esse, seu, ut græca verba sonant, μετὰ τὸ ἀνάστασιν ἔσθαι σαρκὶ ἀντὶ ὁσίων, καὶ πνεύματι ἐν ἰσχύσει ἢ φαντασμάτων: Ait retinere Christum carnem, non imaginariam, aut phantasticam, sed ueram.

Sic etiam locutus est Textullianus, de Trinitate, inquit: Si homo tantummodo est Christus, quomodo adest ubiq; inuocatus? cum hoc hominis nature non sit, sed Dei, ut a desse omni loco possit. Et Athanasius in dia

in disputatione contra Arium: Eius est ire, & redire
qui aliquibus locorū terminis circumscribitur, & non
in quo erat deserens locum ad eum, ubi non erat, non
habet. Ceterum verbi diuinitas, uniuersa implens, in
locorum terminis separatur, sicut nihil est verbi
dat, sic nihil est quo veniat.

Augustinus expressè inquit: Christum cum
mortalitatem dedisse, naturam non abstulisse
cundum corpus esse in loco aliqua caeli, propter
corporis modum.

Theodoretus τὸ δὲ πῶς αὐτὸν σὺν μὲν ἀφ' οὐρα-
νῶν ἀνέστη, καὶ τῆς θεῆς δόξης ἐν οὐρανῶν
μὲν ὁμοῦς ὄντι, τὸν προτέραν ἐχόντων ἰσχυρῶς

Cyrillus: Credere oportet fideles, Christum
quamuis à nobis corpore absit, virtute tamen
gubernare, adesseq; semper ipsum, omnibus, qui
diligunt.

Ita Vigilius: Nunc quia in caelo est, non
est in terra, circumscribitur enim loco per naturam
carnis suae, & loco non capitur per naturam diuini-
tatis suae. Cogitent uerò recentis patroni huius nomi-
natis, quam malarum rerum sint defensores. In
architecti, harum praestigiarum, hoc quae sunt
Christo tribueretur natura verbo quidem diuina
re ipsa inaequalis essentiae patris, & colligata corpore
ita, ut non sit extra corpus, & ornata tantum qua
dam donis, & prerogatiuis diuinis. Eò enim re
illae sophisticæ confusiones naturarum, proprietatum
& actionum.

Nos alloquimur, in inuocatione, Mediatorcm,
 reditum ad dextram aeterni patris, verum Deum, &
 hominem, & petimus, ut in nos effundat de suo spiri-
 tu, qui in ipsius glorificata massa humana fulget, &
 ut per hunc in nobis creet nouum hominem, factum ad
 similitudinem Dei, & nos cum ipso Filio, & aeterno
 patre, copulet ad veram, & aeternam vitam, iuxta
 dilectissimas promissiones: Quanto magis dabit pater
 noster coelestis, Spiritum sanctum, petentibus. Erimus
 similes ipsi. Effundam super domum Dauid, Spiritum
 gratiae, & precum. Nemo carnem suam odio habuit,
 sed nutrit, ac fouet eam, sicut Dominus Ecclesiam.

Inde venturus est Iudicare, vi-
 uos, & mortuos.

Docet hic Articulus, completo numero electo-
 rum, futurum esse finem huius mundi, desitutam ge-
 nerationem hominum, & filium Dei, redeuntem in
 nubibus, resuscitaturum omnes homines, futurum esse
 vniuersale iudicium, in quo Diaboli, & omnes impij
 homines, abijcientur in poenas, & cruciatus inenarra-
 biles, & aeternos: Pij uero liberati ab omnibus malis,
 ornabuntur iusticia, sapientia, gloria, vita, & leticia
 perpetua.

Ua perseverat Symbolum, in recitatione operum,
 pertinentium ad regnum Christi exaltati.

FILIVS iudicabit resuscitatos visibiliter, &
 illud

illud iudicium, quod est diuine potentie, sicut iudicio nature assumptæ, sicut dicitur: Omne iudicium dedit Filio. Ille ipse Christus, ostendet se in suo corpore glorificato, toti generi humano, & potenter esse iudicium. Ideo in Symbolo Epiphani, expressè dicitur:

Perfectum hominem suscepit, animam, & mentem, & omne quicquid est homo, præter carnem. Ascendit in caelos, in ipso corpore glorioso in dextra patris, venturus in ipso corpore in gloria.

Causæ, cur patefactum sit tempus propinquum iudicio.

1. Iuniores sciant, voce diuina certo prædicari esse, de futura resurrectione mortuorum, & de generali iudicio, & simul aliquid significari de tempore quod propinquum erit diei iudicii, & tentur profane opiniones, & scurriles sermones multorum impiorum & Epicuræorum, qui secernentes iram Dei, derident vocem diuinam, & contemnantem de vita futura, & de extremo iudicio.

Ac in Epistola Petri scribitur, istas blasphemias futuras esse communissimas, vltima etate mundi, & vox diuina, nostros animos munit hac perspicua doctrina, & iubet nos intueri exempla ipsius Christi suscitati, & multorum sanctorum, qui unâ eorum reuixerunt, & longo tempore conuersati sunt cum Apostolis.

1. Deinde iste Articulus, monstrat consolationem necessariam Ecclesie, Non erit Aristotelica, aut Platonica aeternitas huius mundi, non durabit generatio, seu carnalis propagatio hominum, ad tempus infinitum: sed certo sequetur finis, liberabitur Ecclesia ab ista mole erumnarum, cui nunc est subiecta, & transferetur ad vitam meliorem, quae erit sine ulla calamitatibus.

Dies Iudicii,

Nominatim non est reuelatus, quia Christus vult exerce in hominibus diligentiam, & inuocationem, sed sua cogitatione illius diei, qui subito illucisset. Tempus autem vicinum praedictum est voce Christi, Prophetarum & Apostolorum, ut multi flectantur ad poenitentiam & pii habeant consolationem.

Tempora mundi tripliciter distinguuntur,

Ex dicto domus Eliae, iuxta ordinem & successiones Monarchiarum, & iuxta potentias animae.

Adolescentes edifecant dictum domus, vel scholam Eliae, quod recitatur in commentarijs Iudaeorum, quam non consentaneum est, etiam scholam Eliae, illud accesse esse per manus a uetustate.

Sex millia annorum mundi, & deinde conflagratio.

Duo millia inane.

Duo millia Lex.

Duo

Duo millia dies Messie. Et propter peccata
 stra, quæ multa, & magna sunt, decem
 ni, qui decerunt.

Duo primi millenarij nominantur in
 mundus nondum fuit repletus, & cultus per
 Sed familie simul habitabant, in locis non pro
 tis, in oriente, Nondum etiam Ecclesia fuit se
 à cæteris gentibus impijs, & nondum erant
 Sed fuit paterna gubernatio, apud senes, & p
 tiores.

Secundum tempus numeratur à circum
 usq; ad natum Messiam ex uirgine. Tunc fuit
 ta Politia Israël, & quatuor Monarchie.

Tertium tempus est à nato Messia, usq; ad
 mundi. Significatur autem fore, ut isti duo
 non compleantur, quia propter crescentem
 generis humani, citius delebitur mundus, ut
 Christus inquit: Propter electos illi dies erunt
 uiiores.

Hoc anno 1571. numeramus annos, à
 mundo, 5534. currentes. Ergo non procul
 à fine.

MONARCHIÆ numerantur

Quatuor:

Prima est Chaldeorum, & Assyriorum
 enim summa potentia fuit regni in Ninive, & in
 bylone.

Secunda est Persarum, constituta à Cyro.

Tertia Græcorum, vel Alexandri, & proximorum
successorum.

Quarta Romanorum, quam Daniel dicit esse dis-
cernendam, & pedes esse partim ferreos, partim luo-
tos, hoc est, quosdam Imperatores futuros esse glo-
riosos, & potentes, quosdam imbecilliores, & infel-
liciores.

Turcica Tyrannis,

Discernenda est à Monarchijs, & est tantum lao-
trocinium, constitutum à Diabolo, aduersus gloriam
Filij Dei, ut hoc modo puniantur peccata orbis Chris-
tiani.

Ita tempora mundi accommodantur,
ad potentias animæ.

1. Prima ætate regnavit in mundo τὸ ἡγεμονικόν, pars prædita intellectu, & sapientia. Magnum
enim fuit robur corporis, & animæ, in primis patribus,
fuit & magna longævitas, & magna sagacitas. Quia
tunc inuenta sunt multæ artes, tunc conspectæ sunt
exercitia virtutum, cum homines paterentur se regi
sapientia, & consilio, nec esset opus asperitate pœ-
narum.

2. Postea dominari cepit τὸ θυμικόν, pars iras-
cens, cogens motus, & affectus, cum Imperia sunt con-
stituta, per heroicis bellatores, in quibus fuit singula-
ris, & heroica fortitudo, qualis nunc non est in mun-
do. Ac Iulius Cæsar pene fuit ultimus, inter illos he-
roicos

X

vidicos præliatores, qui poterant sistere fugientes
eius auctoritate & virtute sua.

3. Nunc pro dolor regnat τὸ ἐπίθυστος
pars, quæ tantum querit & appetit beluina
ptates.

Extincta est enim sapientia in animis hominum
non etiam ardent illi herouici motus in cordibus, se-
tura est languida, & imitatur sculem debilitatem
senes videmus querere otium, voluptates, & quæ

Conspiciuntur etiam,

Signa, quæ Christus prædicit eidenter
monstratura esse vltimum tempus
mundi, sunt

Horribiles turbationes Physicæ & Politicæ,
tristes ruina regnorum, & maxime confusiones
dilacerationes in Ecclesia. Ergo sciamus propè
uenturum illum faustissimum diem, qui abrupit
finiet omnes miseras piorum, & liberabit natura
rum, ab onere, propter quod gemit, καὶ οὐρανὸς
καὶ οὐρανὸς ἰσὺς τῆ ἐκκλησίας.

Vtrumq; verò prædictum est voce Christi
Apostolorum: In hac ultima mundi senectate, multo
iores futuras esse ærumnas, & confusiones, in gēte
humano, quàm fuerunt antea, & tamen Filium
certò collecturum esse Ecclesiam, voce Evangelij
inter imperiorum ruinas, donec omnibus hominibus
mortuis vitam restituet.

Crescunt verò calamitates in postrema ætate, propter duas causas.

1. Primum. Quia horribiliter cumulantur peccata stabiliuntur Idola, augentur ac confirmantur abusus nominis diuini, in maxima parte orbis terrarum, & quidem multis in locis enormi atq; immani cum crudelitate: Crescunt etiam scelera, & turpitudines, in omnibus gradibus hominum. Ideo necesse est venire grauiores pœnas, quàm antea.

2. Deinde, Quia Diaboli horribiliter contremisunt, metu futuri iudicij. Etiam si enim eos omni tempore sustinent cruciatus, quos non posset tolerare natura corporea, in hac vita. Tamen cum sciant blasphemij isti Spiritus post nouissimum diem, se adhuc futuros in maioribus cruciatibus, postquam turpitudine ipsorum, palam ostensa fuerit omnibus creaturis, certum est ipsos nunc fremere acerbius, & ex blasphemia indignatione multo rabiosius conari ledere gloriam Dei.

Filius Dei autem hortatur nos ad conuersionem, seu pœnitentiam, Item, ad diligentiam & invocatiõem, & promittit mitigationem pœnarum conuersis, & invocantibus ipsum: Orate, ut possitis effugere ventura mala. Sic omnes conuinationes diuinae, habent exortitionem pœnitentiæ.

Historia extremi iudicij,

Expressissimè descripta est in 25. cap: Matthæi, quæ omnes homines excitare debet ad considerationem

ira Dei, & horribilium pœnarum, que tunc oppo-
nent impios. Crescat igitur in nobis poenitentia,
& vigilantia, Et supplices oremus filium Dei, ut
gubernet & adiuuet, quo possimus effugere ista
que ventura sunt, & consistere coram filio Dei,
pide vultum atq; sententiam huius iustissimi iudicis
stinentes.

TERTIVS ARTICV- LVS SYMBOLI.

Credo in Spiritum sanctum.

Tertius Articulus concionatur de applica-
beneficiorum Christi. Docet Filium Dei, Donum
nostrum IESVM CHRISTVM, sedentem
dextram æterni patris, ut det dona hominibus,
Euangelij, & effuso suo sancto Spiritu, sibi heredi-
tem electam, & æterno patri suo, ex genere bene-
colligere Ecclesiam sempiternam, in qua ipse
efficax, donare remissionem peccatorum, iustitiam
vitam, omnibus, qui fide in veris doloribus ad carnem
fugiunt.

Docet etiam, verè futuram resurrectionem
um mortuorum hominum, in qua CHRISTVS
ctos, membra sua, ornabit æterna vita, & læticia.
tunc ipse Filius, peracto iudicio, & facta segregati-
one piorum, ab impijs, tradet regnum æternum